UNIVERSITÄTS BIBLIOTHEK

universität wien

Strada, Jacobus

A. A. A. NvmismatΩn Antiqvor ΔΙΑΣΚΕΥΗ

[6]

1550

eod books2ebooks.eu

digitalisiert an der Universitätsbibliothek Wien

digitised at Vienna University Library

books2ebooks – Millions of books just a mouse click away!



European libraries are hosting millions of books from the 15th to the 20th century. All these books have now become available as eBooks – just a mouse click away. Search the online catalogue of a library from the eBooks on Demand (EOD) network and order the book as an eBook from all over the world – 24 hours a day, 7 days a week. The book will be digitised and made accessible to you as an eBook. Pay online with a credit card of your choice and build up your personal digital library!

What is an EOD eBook?

An EOD eBook is a digitised book delivered in the form of a PDF file. In the advanced version, the file contains the image of the scanned original book as well as the automatically recognised full text. Of course marks, notations and other notes in the margins present in the original volume will also appear in this file.

How to order an EOD eBook?

eod digital on request

Whereever you see this button, you can order eBooks directly from the online catalogue of a library. Just search the catalogue and select the book you need. A user friendly interface will guide you through the ordering process. You will receive a confirmation e-mail and you will be able to track your order at your personal tracing site.

How to buy an EOD eBook?

Once the book has been digitised and is ready for downloading you will have several payment options. The most convenient option is to use your credit card and pay via a secure transaction mode. After your payment has been received, you will be able to download the eBook.

Standard EOD eBook – How to use

You receive one single file in the form of a PDF file. You can browse, print and build up your own collection in a convenient manner.

Print

Print out the whole book or only some pages.

Browse

Use the PDF reader and enjoy browsing and zooming with your standard day-to-day-software. There is no need to install other software.


Build up your own collection

The whole book is comprised in one file. Take the book with you on your portable device and build up your personal digital library.

Advanced EOD eBook - How to use

Search & Find

Print out the whole book or only some pages.






With the in-built search feature of your PDF reader, you can browse the book for individual words or part of a word.

Use the binocular symbol in the toolbar or the keyboard shortcut (Ctrl+F) to search for a certain word. “Habsburg” is being searched for in this example. The finding is highlighted.

Copy & Paste Text



Click on the "Select Tool" in the toolbar and select all the text you want to copy within the PDF file. Then open your word processor and paste the copied text there e.g. in Microsoft Word, click on the Edit menu or use the keyboard shortcut (Ctrl+V) in order to Paste the text into your document.

Copy & Paste Images



If you want to copy and paste an image, use the "Snapshot Tool" from the toolbar menu and paste the picture into the designated programme (e.g. word processor or an image processing programme).

Terms and Conditions

With the usage of the EOD service, you accept the Terms and Conditions. EOD provides access to digitized documents strictly for personal, non-commercial purposes.
Terms and Conditions in English: http://books2ebooks.eu/odm/html/ubw/en/agb.html
Terms and Conditions in German: http://books2ebooks.eu/odm/html/ubw/de/agb.html

More eBooks

More eBooks are available at http://books2ebooks.eu

Universitäts-Bibliothek Wien
III
160898

Manuscripta
483

INDEX.

Commodus. fol. 1468.
Crispina, uxor. fol. 1552.
Pertinax. fol. 1558.
Fl. Titiana, uxor. } fol. 1568. *
Cornificia, concubina }
D. Julianus. fol. 1570.
Manlia Scantilla } uxores. fol. 1572.
D. Clara. }
Niger. fol. 1574.
Septimius Severus. fol. 1578.
Martia. fol. 1653. *
Julia Domna. } uxores. fol. eod.
Julia Severa. fol. 1660.
Julia . . . . fol. 1662.
Albinus Cæs. fol. 1672.
Pescennia Plautiana, uxor. f. 1676. *
Geta Cæs. fol. 1677.
Caracalla. fol. 1714.
Plautilla, uxor. fol. 1800.
Julia Soæmias, or } concubinæ. fol. 1803.
Julia Mammea } *
Macrinus. fol. 1806.
Nonia Celsa Augusta, uxor. fol. 1818. *
Diadumenianus. fol. 1820.

III
160.898 [6]



COMMODI, Aenea Summismata.

In una parte.

1. Commodus, & Verus M. Aurelij Aug. filij, pueri belliſsimi, mutuis aſpectibus gaudentes, effigiati ſunt, togati ambo, qui à dextris eſt obuerſo nonihil dorſo humero dextro, detectoq; ſummo brachio, alingue in aduerſis pectoribus, apertis ambo capitibus. Inſcriptio ſingulis addita propria. COMMODVS CAES. VERVS CAES.

In altera.

Pueruli quatuor uarijs geſticulationibus, annum totũ deſignant, in totidem inter ſe diſcrepantia tempora diuiſum. Primus calathum florum utraq; manu retinet, humeroq; geſtat. Proximus eleuata altè dextra, lacerti firmitatem oſtentans, falcem meſſoriam ſuſtollit. Tertius hinnulum ſubſilientem pedibus prioribus dextra corripit, ſæua frugum lancé omnifariam̃ profert. Vltimus glanadem humero baiulat, ſterilitatis indicium, ſæua canem abblandientem, efficeſum retinens. Inſcriptio nulla hic addita. Singularem hanc æreã parma, amplitudine ipſa, ac Anaglypha imaginum uenuſtate conſpicuam ego inter Antiquitates meas domi habeo.

In una parte.

2. Commodus conſpicitur, laurea candidatus, ſiniſtro uultu,

uultu, barbatus, obuerso dorso, cuius summo læuo humero, toga lacinia adparet. Inscriptio. M. COMMODVS ANTONINVS AVG.

In altera.

Suggestus altus. Ex quo Imp. aurea corona decorus, trabeaq; insignis, in sella sedens curuli, proiecta dextra, attracta læua schedam habens, cum populo, quem donarijs ornat, uerba habens. Post quem tribunus ponitur ad custodiam. Ante in propiori suggesti limbo. Annona stolata imperata exequitur, dextra tesseram, sinistra cornucopiæ commonstrans, sub qua ex diametro in sinum sublata ~~dextra~~ toga, plebeiq; uir excipiendo muneri in gradibus stat. Subscriptū. LIB. AVG. VIII. Finitimæ. S—C. Cereum. TR. P. VI. IMP. III. COS. II. P. P. Nummum hunc æneū ego hēō domi inter Antiquitates meas.

In una parte.

3. Commodus effigiatus est, laurea coronatus, læua facie, thoracatus, paludatus, aduerso dorso. Cui adpressum est caduceum. Et Literæ hinc inde. S—C.

In altera.

Effigies eædem eiusdem omninō, ita tamen, ut quæ superiùs eminentiam quandam reddebant humano oculo, hīc concauitatem ostendant, et quæ ibi læua fuerunt, hīc sunt dextra, denigq; si materia colliquatam, gypsumuē, aut cerum in eam formam altam infuderis, aut adpresseris, prodibit similima superiori facies, et aliæ notæ omnes conuenientes. Cuiusmodi nummos raros, nrō sæculō repertos adhuc, reor.

reor. Hunc ego Mantuæ apud Aurifabrum quend. aduenam cudi, elegantißimum profectò ex ære.

In una parte.

4. Commodus uidetur laureatus, laeuo oré, abſolutiore ætaté, thoracatus, paludatus, conuerſo dorſo, cui notis Epigraphé. M. COMMODVS ANTONINVS PIVS FELIX AVG. BRIT.

In altera.

Suggeſtus quadrangulus exſtructus é, in numi angulo ſiniſtro, é quo laurea decorus Imp. thoracem indutq; ac paludamentum, para Zonioq; cinctus, dextra porrecta aperta, laeua demißiore haſtam retinens, C retrò aſtante Trebuno galeato, armatoq;, ſimulq; haſtato, infràque Suggeſtum in ſolo Vexilliſero, paludato, leoninam habeté in uertice peſſem, conſtituto) apud milites in corona ſtantes oræem habet. Quorum in medio feré globo conto infixus Thorax inſignis Trophæi loco adparet. Infrà. ADLOCVTIO. Circumſ. P.M.TR.P.... IMP.... COS.... Nummum hunc æneum magnum, perelégantem, ſignis apertißimis, Mantuæ mihi uidere contigit apud Julium Romanum.

In una parte.

5. Commodus prodit, laurea inſignis, ſiniſtro obtutu, perfectæ ætatis uir, barbatus, thoracatus, paludameto q; indutus, contra intuentem obiecto dorſo, cum nomis Encomio. M. COMMODVS ANTONINVS PIVS FELIX AVG.

In altera.

Suggeſtus conſtructus. é quo Commodus, perſonam Herculis exprimens, nudus, niſi quòd capité leoninam gerat

gerat pellem, in pectore connodatam, post dorsum re-
labentem, laeua demissam retinens clauam, porrecta
sursum uola dextra aperta, cum militibus uerba het.
In Suggesto Victoriae imagines, supplicumq3 sculptae.
Inter Signiferos treis, scutatos, clypeisq3 munitos mili-
tes, C. Caesar Imp. ordine primo à uelete sustinetur.
Infrà. EXERCITVS HERC. ROM. Circumà. CONT. MAX. TR. POT.
X. IMP. VI. COS. III. P.P. Hunc nummum aeneum per-
rarum, singularemq3, ac magnum satis Gebennae in
Allobrogibus apud nobilem quendam Gallum sum con-
spicatus.

In una parte.

6. Commodus effigiatur laurea candidatus, plena aetate, oris
obtutu sinistro, thoracatus, paludatus, conuerso nonni-
hil dorso. Inscriptio. M. COMMODVS ANTONINVS AVG.
PIVS BRIT.

In altera.

Salus Dea in elaboratissimo solio sedens, tunicata, pa-
tagiata, ita tamen, ut papilla dextra aperta pateat,
dextra patinam tenet libatoriam C quousq3 caput
serpens ab humo è saxo aleari, siue ara casurae
simili, paulatim in gyros multiplices fluctuante cor-
pore, per furculam arboris uicinae erepens, libandae
pulti attollit,) laeua in projecturam scalis, quae &
operis magnitudine & artificio, ab aliis differt, in-
cumbente, è regione habet Statuam Martis, thora-
cati, hastati, in columna sublimi stantis. Post quam
ramosa arbor, foliis densis, rarisq3 crescit. Infrà. SALVS.
Circumà. P.M. TR. P. X. IMP. VI. COS. II. P.P. Aeneum hunc
nummum

nummum, quam magnum, perbellum, signis euidentissimis, extatibus quam maxime Mantuæ me' uidisse' recordor in Musæo Ducali.

In una parte'.

7. Commodus inornatus, læuo obtutu, thoracem squamosum inductus, ac paludamentum, contrario ad intuentem dorso, cum nominis commendatione'. L. AVREL. COMMODO CAES. AVG. FEL. GERM. SARM.

In altera.

Victoris Imp. statua, tunicata, paludata, una lauri ramum, altera hastam habens, prope Trophæum collocata est, ex appensis hostium spoliis constructum, partimq; humi resperses. Sine inde. S—C. Circum. PRINCIPI IVVENT. Nummus hic æneus magnq Antiquitatis inter meas conseruatur.

In una parte'.

8. Commodus prodit laureatus, læua facie barbatus, thoracem inductus, ac paludamentum, conuerso dorso. Circumscriptio. M. AVREL. COMMODVS ANTONINVS AVG. PIVS.

In altera.

Temporum felicitatis typus, seu fertilitatis potius. Ceres ricam capite' gestans, tunicata, prætextata, in solio sedet, conuerso latere', dextra in sublime' erecta, frugum abundantiam ostentans, demissa læua spicas tenens, Inter pedes fascijs adhuc obuolutum habet infantulum. Ante' dextram pueruli alij duo, rerum suarum satagunt, Alter enim papauer è fruticè' collegit, alter in calathum lectum projicit. Infrà. TEMPORVM. FELICITAS.

Circumscriptio.

Circumscriptio corrosa fuit tota. Aeneum hunc orbem maiorem, elegantem, rarum, Antonietus Romanus Antiquarius nobis commonstrabat.

In una parte.

9. Commodus depingitur, Herculem referens, laureatus, dextro ore, barbatus, conuerso dorso, humero laeuo leoninam gerens pellem, unde & spiculi acies supra eminet. Inscriptio. COMMODVS ANTON. PIVS FELIX AVG.

In altera.

Triumphali curru clypeo, scuto, ac cornucopiae signato, Ceum trahunt equi phalerati quatuor, pulvinaribq aureis Victoriatis,) dextrorsum invehitur Victoria, volitante habitu, dextra lauri ramum porrigens, sinistra Trophaeum gestans. Inscriptio nulla adparebat. Hunc nummum aeneum magnae, amplitudine mirabili, Anaglyphon, perelegantem Mantuae vidi apud Julium Romanum.

In altera parte.

10. Commodus Herculem, inarmatus capite leoninam pellem, persona refert, barbatus, laeua facie, cum circumscriptione. L. AEL. AVREL. COMM. AVG. P. FEL.

In altera.

Par boum jugatos dextrorsum arantis Hercules agit, impressa manu dextra stiuae, pede nomeri, leonina pelle partim capiti ad velamentum composita, partim in laeuum brachium e dorso replicata, iniectaq, laeua clauam tenens. Circum. HERC. ROM. COND. Infra. cos. VII. P. P. Aeneum hunc nummum amplum, insignem habet in bonis D. Groslerig Quaestor Regius Parisijs.

In una.

1474.

In una parte.

11. Commodus prodit, laurea insignis, ore sinistro, collo denudato, cum nominis adscriptione. M. COMMODVS ANTONINVS AVG.

In altera.

Suggestum eductiorem reperio. In quo, ne quid humanitati suæ deesset, sedens Imp. aurea corona, trabeaq; nitens, populum congiarij largitione benevolentiore erga se reddit. Sedenti pariter, et pariter oranti, adstat proximè sellam curulem Tribunus, In anteriori suggesti limbo Annona tunicata, ac patagiata, unam tesseram attollens, altera cornucopiæ ad latus deprimens. Subter eam plebeius contracta in sinum amplum toga, gradus ascendit, ad capiendu munus. Infrà. LIBERALITAS. S.C. Circum. TR.P.X. IMP.III.COS. .II. P.P. Nummum hunc æneum magnu Romæ apud Antonietum Romanæ Antiquarium vidi.

In una parte.

12. Commodus prodit laurea decorus, imberbis adhuc, nudato collo, conuerso modicè, cum nõis commendatione. IMP. CAES. L. AVREL. COMMODVS GERM. SARM.

In altera.

Suggesto in alto quadrangulo Imp. M. Aurelius ac Commodus filius, uestitu mirum in modum nitente, in sellis curulibus sedent, porrectis apertis manibus dextris, ad populum conuersi, (astante retrò tribuno hastato, togatoq;,) cui, ut imperant, uicissim gradus ascendenti Annona teseram, quam dextra ostentat, in sinum profundit, læua eadem cornucopiæ

refertissimum

refertißimum tenens. Hincinde. S—C. Infrà. LIBERALITAS AVG. Circum. TR. P. II. COS. Nummū hunc æneum magnum Lugduni apud Abbatem D. Irenei uidimus.

In una parte.

13. Commodus cernitur laureatus, obtutu sinistro, barbatus, aperto pectore, modicè conuerso, cum nominis Inscriptione. M. COMMODVS ANT. P. FELIX AVG. BRIT.

In altera.

Suggestus quadrangulus in angulo dextro eductus, è quo Imp. laureatus, thoracatus, paludatus, aperta, ac porrecta dextra, læua Spiculum tenens, apud milites uariè armatos, in concionem conuocatos uerba habet. Inter quos Vexillarij tres adparent. Infrà. F. EXERCIT. Hincinde. S—C. Circumscriptio. P. M. TR. P. XI. IMP. VII. COS. V. P. P. Nummum hunc æneū mägm apud meas Antiquitates domi adseruo.

In una parte.

14. Commodus effigiatur, laurea insignis, obtutu, barbatus, denudato collo, modicè conuerso, cum nominis Commendatione. L. AEL. AVREL. COMM. AVG. P. FEL.

In altera.

Iuppiter meliore parte corporis nudata, palliolo humeris, genitalibusq; obiecto tantùm, dextram Imp. togati, laureatiq; præambuli humero dextro iponit, quocunq; ille abierit, adfore se comitem polliceus. Imp. in dextra globus, in læua Sceptrum conspicitur. Numen læua fulmen habet. Circumscriptio. IO. M. SEONSON.. C. AVG. Infrà. COS. VI. P. P. hincinde. S—C. Nummū hunc æneū mägm domi meæ habeo.

In una

In una parte.

15. Commodus habetur barbatus, læuo aspecta, apertis capite & collo, cum nominis titulo. DIVVS COMMODVS ANTONINVS.

In altera.

Aquila fulmen Iouis unguibus impreßum habens, expanſas inter alas Latè Commodum ſedentem cum ſceptro cælo ſubuehit. Inſcriptio. CONSECRATIO. infrà. S.C. Nummum hunc æneum magnum Gebennæ in Allobrogibus apud quendam nobilem Gallum uidi.

In una parte.

16. Commodus imberbis, inornatus, thoracatus, paludatus, obuerſo dorſo, cum nominis commendatione. M. AVREL. COMMODO CAES. AVG. FIL. GERM. SARM.

In altera.

Iuppiter Conſeruator, anteriore corporis parte nudata ſtat, paſtio per tergum delabente, dextra fulmē tenens, paſtium extendens, læua haſtile. Sub numinis brachio dextro, at tutus, & nihil timens, Imp. armatus ſtat, dextra Victoriolam porrigens lauriferam, ſiniſtra haſtile. ſtincinde. S—C. Inſcriptio. IOVI CONSERVATORI. Hunc nummum æneum magnum domi meæ conſeruo.

In una parte.

17. Commodus depingitur aperto capite, læuo obtutu, collo nudato, modicè conuerſo. Inſcriptio. M. COMMODVS AVGVSTVS P. FEL. GERM. SARM.

In altera.

Mercurius petaſatus, aurata plantis talaria calceatus,

tunica

tunica breuiore indutus, retrò uolitante uariè palliolo, ad dextram celeriter it, dextra marsupium porrigens, læua caduceum habens. Deum aries comitatur uillosus. Rincinè. S—C. Inscriptio. P. M. TR. P. .... IMP.... COS.... P.P. Nummum cum aneo mag domi mea habeo.

In una parte.

18. Commodus videtur laureatus, læua facie, barbatus, thoracem squammosum indutus, ac paludamentum, obuerso dorso. Inscriptio. M. COMMODVS ANTONINVS AVG. BRIT.

In altera.

Triumphali curru, sertis undiq; ornato, quadrijugoru equorum, Imp. thorace argenteo, ac paludamento insigniore indutus, dextra lauri ramum, læua tenens sceptrum, dextra uia inuehitur. A tergo Imp. posita Victoria, primum aduolanti similis, dextra laurcam merito capiti imponit, læua palmam tenet. Inscriptio. P. M. TR. P.... IMP.... COS. .P.P. Infrà. S.C. Hunc numisma aureum mag memini me uidisse apud Iulium Romanum. Mantuæ.

In una parte.

19. Commodus occurrit imberbis adhuc, laureatus tamè, sinistro ore, thoracatus, paludatus, aduerso dorso, cu nominis monumento. L. AVREL. COMMODVS AVG. GERM. SARM.

In altera.

Iuno tunicata, capriuam gestans pellem capite, cuius cornua altè erecta sunt, telo uibrato fortiter elevata dextra,

dextra, scuto ante pectus oppositò, in erepentem ab humo paulatim serpentem ire uidetur, sinistra uia. Hinc inde S—C. Inscriptionis aliquid desideratur. IVNONI. . . . . TR. P. II. IMP. II. COS. P. P. Nummum hunc aeneum magnum domi ego præseruo.

In una parte.

20. Commodus procedit, laurea ornatus, sinistro obtutu, thoracem, ac paludamentum indutus, contrario ad intuentem dorso, imberbis adhuc. Inscriptio. IMP. M. AVREL. COMMODVS AVG. GERM. SARM.

In altera.

Panoplia copiosissima, in quam congesta sunt innumera spolia, thorax, peltæ, scuta, clypei, labarum, spiculum, arcus, et id genus alia. Hinc inde S—C. Circum apices quidam adparent literarum. TR. POT... COS... P. P. Infrà. DE GERMANIS. Aeneum hunc nummum magnum domi ego habeo.

In una parte.

21. Commodus occurrit laurea coronatus, læuo obtutu, barbatus, thoracatus, paludatus, aduerso dorso, cū nominis Epigraphe. M. COMMODVS ANTONIN. I. FELIX AVG. BRIT.

In altera.

Thorax, baltheus, paludamentum, impressa sunt, insignia maximè, cum lateralibus duabus literis. S—C. Nummum eum aeneum magn Romæ nobis commonstrabat P. Achilles Mapheus.

In una parte.

22. Commodus habetur imberbis adhuc, laureatus, læua facie, thoracem ac paludamentum indutus, aduerso dorso, cū nōis Epigraphe. IMP. CAES. L. AVREL. COMMODVS GERM. SARM.

In altera.

S. C.

In altera.

Trophæum è multis, insignibus maximè armaturis comparatum. Cui hinc atq; inde captiui assident, manifestissimum doloris sui argumentum spectatori præbentes, hic sublapsa facie, supposita capiti dextra, læua in fœmur reiecta, ille retroligatis manibus. Sincinde. S—C. Infrà. DE GERM. Circumscriptio. TR. P. II. COS. P. P. Nummum hunc æneum magnum domi ostendam.

In una parte.

23. Commodus cernitur laureatus, læuo ore, nudato collo, cum nominis Epigraphe. IMP. CAES. L. AVREL. COMM. ANTONINVS AVG.

In altera.

Mars pacifer collocatur, cristata galea, thoracè elaboratissimo, ac paludamento indutus, para Lonioq; cinctus, dextra oleagineum ramum ostentans, læua summam hastam comprimens, inuersa tamen ut sit eius acies deorsum. Sincinde. S—C. Circumscriptio. MART. PACIF. P. M. TR. P.... IMP.... COS.... P. P. Nummum hunc æneum magnum ego domi habeo.

In una parte.

24. Commodus est laureo ornatus serto, sinistro ore, barbatus, thoracè armatus, ac paludamento, contrario ad intuentis dorso, cum nominis Circumscriptio. M. COMMODVS ANTONINVS PIVS FELIX AVG. BRIT.

In altera.

Minerua Victrix galeata, Ægide munita, tunicata, patagiataq; in sella sedens, dextra Victoriam porrigit,

Laurea

laureæ collatricem, læua summam hastam. Deæ clypeus Gorgoneo capitè sculptus, contra sedem ponitur. Circumscriptio. P.M.TR.P.XI. IMP.VII.COS.V.P.P. Hic nummus æneus, quamè magnus, pulcher, eminentißimis signis in bonis habetur D. Joïs Jacobi Fuccheri Augustæ Vindelicorum.

In una parte.

25. Commodus cernitur laureatus, læuo obtutu, collo nudato, barbatus tamen. Inscriptio. M. COMMODVS ANTONINVS P. FEL. AVG. BRIT.

In altera.

Felicitas publica repræsentata, tunicam, patageumq; induta, dextra patinam demittit, læua systro uel flabello nescio quid simile tenet. Stincidè. S—C. Circumè. PVBLICA FEL. P.M.TR.P.... IMP.VIII. COS.V. P.P. Nummum hunc æneum magm memini me uidisse aliquando Romæ apud quendam Antiquarium.

In una parte.

26. Commodus habetur, laurea coronatus, læua facie, thoracatus, paludatus, aduertens ad nos dorsum. Inscriptio. IMP. CAES. L. AVREL. COMMODVS ANT. P. FEL. AVG.

In altera.

Trophæo appensis multis armis insigni, captiui retrò manibus in solo adsident, retrò ligatis manibus, attractis genib. orbes pronis animi impatientiam exprimentes. Sub queis. S.P.Q.R. Circumè. VICTORIA GOTH. Hinc—inde. S—C. Nummum hunc æneum magnum Mantuæ apud Julium Romanum uidimus.

In una

In una parte.

27. Commodus prodit laurea decorus, togatus, aduerso dorso, barbatus, collo nudato, obuerso nonnihil. Inscriptio. M. COMMODVS ANT. P. FELIX AVG. BRIT.

In altera.

Commodus togatus, & ex opposito collocata Prouidentia Dea, tunicata, patagiata, laterali situ dextras ad Aram accensam, neirè ornatam, Sphingib. geminis pedum loco fulcitam, iungunt, cum illè depressa laeua, schedam, haec eleuata systrum teneat. Post Imp. accedens Victoria lauream decoro capiti imponit, laeua palmae ramum gerens. Infrà. S. C. Circum. P. M. TR. P.... IMP.... COS.... P. P. Nummum hunc aeneum magnum Mantuae apud Iulium Romanè uidimus.

In una parte.

28. Commodus depingitur Laureatus, laeua facie, barbato, nudato collo, obuersoq; modicè, cum nois Epigraphe. M. COMMODVS ANT. P. FEL. AVG.

In altera.

Prouidentia & Hercules reperiuntur, sermones illi inter se miscent. Ille nudus laureatus, pede dextro in nauim imposito, laeua clauam elatiorem in rupe leonina pelle obtecta insistentem tenens, coronam spiccam pari opera sustentat, quam etiam illa arripit, tunicata, ac patagiata, aduerso humero, latereq; sinistra eadem systrum commonstrans. Inscriptio. PROVIDENTIAE AVGVSTI IMP... Circinde. S. C. Hanc nummu aeneu magn Mantuae apud Jul. Romanu conspicati sumus.

In ura.

1482.

In una parte.

29. Commodus occurrit laurea cunctatus, sinistro uultu, thoracem squammosum indutus, ac paludamentum, aduerso in nos dorso. Inscriptio. L. AVREL. COMMOD. ANT. AVG. P. FEL. BRIT.

In altera.

Imp. bis cinctus, tunica palmata indutus, laurea ornatus, porrectis ambabus manibus, lauream coronã, ac palmam à sublimi Victoriola, quæ altæ columnæ in globum insistens, imposita est, tactus capit. Ad cuius lumbum, medio interuallo astrum adparet. Ad latera columnæ. S—C. Circumscriptio. P. M. TR. P. XVII. IMP. VIIII. COS. VIII. P. P. Nummũ hunc æneum magnum ego domi meæ, seruo.

In una parte.

30. Commodus effigiatur laurea donatus, sinistra facie, aduerso humero dextro, denudato, in opposito togæ laciniam iniectam habet, adolescens adhuc. Inscriptio. L. AVREL. COMMODVS AVG. TR. P. III.

In altera.

Minerua galeata, stolata, dextra demissiore patinã supra accensam aram columnarem tenens, stat, læua in summum clypeum impressa, qua simul hastam retinet. Circumdc. S—C. Circumscriptio. IMP. II. COS. II. Nummum hunc æneum magn. Lugduni apud Abbatem D. Irenæi sani conspicatq, similemq; domi meæ habeo.

In una parte.

31. Commodus effigiatur laurea ornatus, læuo ore, thoracatus,

thoracatus, paludatus, aduersus contra insticientem dorsum. Inscriptio. L. AEL. AVREL. COMM. AVG. P. FEL.

In altera.

Concordiarum typi. M. Aurelius & Faustina dextras iungunt simul, hæc tunicata, patagiata, ille togatus, læua ceteris exiguum simulachrum tenens. (cornucopiæ quæ gerit) quem Heroinæ in sinistra manu hastile contineatur. Sub horum manibus, inferiores, ac minores Commodus & Lucilla parentu gestus, ac acta imitantur, pari uestium cultu conspicui, ad aram fide mutua data iurant. Circumscriptio. CONCORDIAE. Infra. S.C. Nummum hunc aeneum magm apud Julium Romanum uidimus Mantuæ.

In una parte.

32. Commodus Herculem exprimit, leonina pelle capite co-tectus, læua facie, humeris eadem iniecta, pectori adnodata per ferinos pedes. Inscriptio. L. AEL. AVREL. COMM. AVG. P. FEL.

In altera.

Corona laurea, in cuius medio umbilico claua erecta est, cum laterali elogio. HER — CVLI NOM — ANO AV-GV. S — C. Nummum eum aeneum Romæ apud Antonietum Romanum Antiquarium conspeximus, similemq; alterum uerum exiguum magis Mantuæ apud Julium Romanum.

In una parte.

33. Commodus effigiatus, nudo capite & collo, sinistro obtutu, cum nominis Encomio. M. COMMODVS ANTONINVS AVG.

In altera.

1484.

In altera.

Mercurius conuersus ad intuentem, nudus, strophio duntaxat tenuissimo, fascia pectorali ad humerum dextrum adiuncto, mirum in modum uolitante tectus, petasatus, at aureis, pernicibusq; talaribus conspicuus, dextra marsupium attollit, laeua ad genu ferè dilapsa Caduceum tenet. Reincinae. S–C. Circum. P. M. TR. P. .... IMP. .... COS. II. P.P. Hunc nummum aeneum magnum apud Iul. Roman. uide Mantuae.

In una parte.

34. Commodus cernitur, laurea canaliculatus, thoracatus, paludatusq; aduerso ad nos dorso, cum nominis Epigraphe. L. AVREL. COMMODVS AVG.

In altera.

Copiae cornua duo imis sui partibus ita coniuncta sunt, ut Caduceum medium rectum sustentent. Apud quae hincinae. S–C. Inscriptio. TEMP. FELIC. Quod sequitur superiori cum Epigraphe connectitur. P. M. TR. P. X. .... Nummum hunc aeneum Romae apud D. Antonium Augustinu uidimus laudata amplitudine.

In una parte.

35. Commodus conspicitur laurea insignis, laeuo ore, nudato collo, at obuerso. Inscriptio. M. COMMODVS ANT. P. FELIX AVG.

In altera.

Annona tunicata, patagiata, ad dexteram conuerso oculo, dextra imagunculam porrigit, laeua ad latus contracta,

contracta Cornucopiæ tenet. Apud dextrum eius latq̃ humi, uas oris ampli, fundi paulatim̃ gracilescentis, papauere plenum. Ad sinistrum nauis, in qua nudi duo adsurgent nautæ. Eius concha uarijs monstrorum maritimoꝝ certaminibus depicta est. Circumscriptio. P.M.TR.P.VI. IMP.VIII. COS.III. P.P. Infrà. S.C. Nummum hunc aeneum mꝰgm uidi Mantuæ apud Julium Romanum.

In una parte.

36. Commodus obuius est imornatus, lauco aspectu, imberbis, thoracatus, paludatus, contrario in nos dorso. Inscriptio. L.AVREL. COMMODO CAES. AVG. FIL. GERMANICO.

In altera.

Iuppiter Custos, Conseruatorq̃, aduersa corporis parte nudata, posteriorum dilabente pallio, una simul fulmen, simulq̃ limbum uestis tenens, protendensq̃, Cquo facto receptum sub auxilio numinis Imp. togatum intrepidum efficit, ne ulla perculsoꝝ aggressioe frangatur) læua summam corripit hastam. Hinc inde. S—C. Circumscriptio. IOVI CONSERVATORI. Nummum hunc aeneum domi meæ custodio.

In una parte.

37. Commodus obuius est Laureo ornatus serto, ore sinistro, barbatus, aperto collo, nonnihil obuerso. Inscriptio. M. COMMODVS ANT. P. FELIX AVG. BRIT.

In altera.

Iuppiter Capitolinus, meliori corporis parte nudata, in stylobate insistit, una fulmen, altera tenens hastile. Subter Fornicem hypilo geminis Victorijs, Lilijs,

Liliis, ac sedentis imagine' ornato. Reincidè. S—C.
Inscriptionis nihil legi potuit. Nummus hic
aeneus apud quendam Gallum Lugduni à me' è
uisus.

In una parte'.

38. Commodus laureo ornatus serto, obtutu laeuo, barbato,
nudo collo, obuerso paululum', cum nois Epigraphe'.
M. COMMODVS ANT. P. FEL. AVG. BRIT. P.M.

In altera.

Pacis simulacherum ponitur, laureatum, tunicatum,
patagiatum, dextra caduceum ostentat, laeua Cor-
nucopiae tenet. Reincidè. S—C. Circum. TR. P.
VIIII. IMP. VII. COS. III. P.P. Nummum hic aeneum
magm ego Romae uidi apud Antonietu Roman.
Antiquariu.

In una parte'.

39. Commodus cernitur laureatus, facie sinistra, bar-
batus, nudato collo, obuerso modicè. Inscriptio. M.
COMMOD ANT. P. FELIX AVG. BRIT. P.P.

In altera.

Iuppiter conuersus nudus stat, ocreatus tamen, ue'-
lamento strictiori per utrumq; cubitum prolaberte'
deorsum', dextra fulmen, laeua hastam habet. Ante'
Deum Ara rotunda adparet, in qua primitiae sunt
frugum impositae. Reincidè. S—C. Circum. TR.
LIBERATORI. Nummus hic aeneus magnus apud
me' domi habetur.

In una parte'.

40. Commodus effigiatur laurea ornatus, sinistro ore',
denudato

denudato collo, cum nominis monumento. M. COMMODVS ANTONINVS AVG. PIVS.

In altera.

Triumphi typus est. Nam sublimi curru, aurea corona decorus, tunicam palmatam, togam pictam indutus, quatuor equis sinistrorsum invehitur, una lora, altera lauri ramum habens. Subscriptio. P.M.TR.POT. VII. infrà. COS.V.P.P. Inferiùs paulò S.C. Nummum hunc aeneum magnù Mantuae habet Iuc. Romanus.

In una parte.

41. Commodus vrbetur laurea decorus, sinistra facie, detecto collo, conuerso modicè. Inscriptio. M. COMMODVS ANTON. AVG. PIVS.

In altera.

Elephas ad dextram viam incedit, promuscide demissa, Circumscriptio. MVNIFICENTIA AVG. TR.P.VIII. IMP. . . . Infrà. COS. III. P.P. Inferiore loco. S.C. Nummum hunc aeneum magm vtcunqs habeo ego domi meae.

In una parte.

42. Commodus effigiatur laureatus, laeua facie, aduerso humero dextro, cum huiusmodi inscriptione. M. COMM. ANT. P. FELIX AVG. BRIT.

In altera.

Par boum iugatorum sinistrorsum arant. Aratorem agit Imp. tunicatus, dextra stiua impressa, laeua scuticam agendis bubus tenens. Circumscriptio. COL. ANT. COM. P.M.TR.P.XV. IMP.VIII. infrà. COS. VI. Supra animantia. S.C. Nummum hunc aeneum magm domi meae ego habeo.

In una

1488.

In una parte.

43. Commodus occurrit insignis laurea corona, barbatus, denudato collo, laciniola toga humero auerso iniecta coopertus. Inscriptio. M. COMMODVS ANTONINVS AVG.

In altera.

Suggestus in sinistro angulo exstructus. In quo sedet in sella curuli, aureo serto redimitus, tunica palmata, togaq; picta undiq; renitens, cum milite eo, totius exercitus loco (qui donatiui excipiendi causa, per gradus paulatim ascendit, in sinum late correpto fago) colloquitur: porrecta dextra, laeua libellum habens. Honoris ergo Tribunus armatus adstat, Spectator, Annona, (tenet illa tesseram una, altera cornucopiae) interim strenue officium suum facientes, dilargiendis occupata donarijs. infrà. S.C. Circum. TR. P. VI. IMP. III. COS. II. Nummum hunc aneum magnum Lugduni apud Abbatem D. Irenaei sum conspicatus.

In una parte.

44. Commodus prodit laurea candidatus, sinistro uultu, thoracatus, paludatus, a tergo dorso, cum nominis commendatione. M. COMMODVS ANTONINVS AVG. PIVS P.P.

In altera.

Hercules leonina pelle ad dorsum dependente, dextra clauam in humerum immittit, laeua post dorsum abdita. Inscriptio. HERCVLI CONSER. infrà. S.C. Nummu hunc aneum mãgm domi habeo inter meas Antiquitates.

In una parte.

45. Commodus cernitur, laurea decorus, barbato, thoracem

ac paludamentu

ac paludamentum indutus, aduerso pectore, cum nõis Epigraphe. L. AVREL. COMMODVS AVG.

In altera.

Italia repræsentatur, coronam turritam capite gestans, dextrorsum intentis oculis, tunicata, patagiataq; globo magno, ceu munaꝺ totius domitrix, insidens, manu dextra cornucopiæ medium è gremio aßurgens tenet, sinistra autem sceptrum, Regiæ insigne. Apud quam solæ inferiùs ad cruta sunt hinciꝺe adspßæ literæ. S—C. Nummum hunc æneũ uidimus Romæ apuꝺ D. Antonium Augustinum, eumq; satis amplum

In una parte.

46. Commodus uidetur laureo ornatus serto, læua facie, barbatus, detecto collo, nonnihil obuerso, cum nõis titulo. M. COMMODVS ANT. P. FELIX AVG. BRIT.

In altera.

Virtus tunicam breuem induta, ocreata, exerta papilla dextra, galeata, una Victoriam laureæ donatricem tenet, læua simul speculum, simulq; clypeum summo lembo retinet. Hinciꝺe. S—C. Circumscriptio. VIRTVS AVG. PONT. MAX. TR. P. XI. IMP. VIII. COS. VII. Nummum hunc æneũ mãgm domi meæ custodio.

In una parte.

47. Commodus inornatus prodit, læua facie, thoracatus, paludatus, aduerso dorso, cum nominis Epigraphe. M. ANTONINVS COMMODVS AVG.

In altera.

Eques

1490.

Eques Commodus thoracatus, ac paludamentū inuctq, leonem immanem obuium telo fortiter uibrato ualida dextra confossurus adparet. In circo ita uirtutis suæ exhibuit spectaculum. Infrà. S.C. Circūscriptio. VIRTVTI AVGVSTI. TR. P. IX. IMP. III. COS. II. P.P. Hic nummus æneus magnus Romæ à me uisus apud Antonietum Romanū Antiquarium.

In una parte.

48. Commodus conspicitur laureæ insignis, ore sinistro, barbatus, denudato collo, obuerso modice. Inscriptio. M. COMMODVS ANT. P. FELIX AVG. BRIT.

In altera.

Fornix liciatus dyspilos. Sub quo in stylobate lato Janus bifrons, seminudus stat, dextra summam apprehendens hastam, læua palliy lacinias pudendis obiecti colligens, ne recidant. Hincinde. S — C. Circumscriptio. P.M. TR. P. XI. IMP. VII. COS. V. P.P. Hic nummus æneus magnus utcunq; domi meæ seruatp.

In una parte.

49. Commodus cernitur laurea decorus, sinistro ore, barbatus, aperto collo, obuersoq;. Inscriptio. M. COMMODVS ANT. P. FELIX AVG. BRIT.

In altera.

Mars Victor nudus, strophio duntaxat circum lumbos cincto, sinistrorsum excurrit, galea cristata armatus, dextra speculum librans, læua trophæum baiulans. Hincinde. S — C. Inscriptio planè corrosa fuit. Nummum hunc æneū magm Lugduni apud D. Gulielmū Caulium uidisse me recordor.

In aerea

In una parte.

50. Commodus prodit laureatus, læuo obtutu, barbatus, denudato collo, nonnihil obuerso. Inscriptio. L. AEL. AVREL. COMM. AVG. P. FEL.

In altera.

Concordiæ, seu Confœderationis Symbolum. Nam in dextris uirtus galeata, thoracata, paludata, ac ex opposito Prouincia tunicata, pataqiata, dextras simul iungunt, hæc summa labarã læua, illa summa spiculum inuersum habens. Inter has præterea circa crura medius cẽ asteriscus, ac. S. C. Circumscriptio. P. M. TR. P. IMP. VIII. COS. VII. P. P. Nummus hic aureus magnus apud me domi seruatur.

In una parte.

51. Commodus occurrit laureo ornatus serto, sinistro uultu, detecto collo, nonnihil obuerso. Inscriptio. M. COMMODVS ANT. P. FELIX AVG. BRIT.

In altera.

Apollo nudus omninò, aduersus intuentibus, dextra manu summo Vertici admota, ueluti capillum uellicans, læua in columnam recumbente, innixo, crure læuo in dextrum transuerso, deflexo ad læuã oculo. Apud Deum hinc inde legitur. COS—VI. Circumscriptio. APOL. MONET. P. M. TR. P. XV. infrà. S. C. Nummum hunc aureũ domi mecæ seruo.

In una parte.

52. Commodus depingitur, laurea candidatus, prouectæ ætatis, barbatus, obuerso dorso summo, nudo 893. Circumscriptio. L. AEL. AVREL. COMM. AVG. P. FEL.

In altera.

1492.

In altera.

Concordiæ typus. Virtus galeata, thoracem ac̃ pa-
ludamentum induta, paraZonio accinc̃ta, ocreata,
ac̃ tunicata, patagiatag̃ Prouincia dextras sẽmul
iungunt. Tenet hæc sinistra uexillum, illa hast̃.
Circumscriptio. P. M. TR. P. VI. IMP. VII. COS. V. P. P.
Stincinde. S—C. Nummũ hunc æneum mag̃m
Mantuæ apud Iul. Roman. Sum conspicatus.

In uera parte.

53. Commodus prodit laurea donatus, læua facie, barba-
tus, humero dextro obuerso, in contrario lacinia
togæ reiectam habens. Inscriptio. M. COMMODVS
ANTONINVS AVG.

In altera.

Iuppiter Conseruator, pallio ad dorsum relabent̃,
conuersis partibus nudus, dextra fulmen tenens,
pariq; opera pallij limbum expandens, C subtus
stantem Imp. togatum, cum lauri ramũ habent̃,
altera sceptrum, ne' quid secus, ac̃ optat, eueniat,
conseruat) læua summam hastam adprehendit.
Stincinde. S—C. Circumscriptio. IOVI CONSERVATORI.
TR. P. VI. IMP. III. P. P. infrà. COS. II. Nummum
hunc æneum magnum Romæ P. Achill. Maphæ
nobis commonstrauit

In uera parte.

54. Commodus Herculem uictu refert, nam pellem leo-
ninam pro capitis uelamento habet, læua facie,
Circumscriptio. L. AEL. AVREL. COMM. AVG. P. FEL.

In altera.

Læua

Cauea medium locum occupat inter tensum arcum, & pharetram plenam sagittis. Sub his omnib. &c. Circumscriptio. HERCVLI ROMANO AVG. V. Nummu hunc aneum mḡm uidi Mantuæ apud Fulvium Romanum.

In una parte.

55. Commodus occurrit Laurea coronatus, lævo aspectu, denudato collo, nonnihil obverso, barbatus, cum nomenis Epigraphe. M. COMMODVS ANTONINVS AVG. PIVS BRIT.

In altera.

Panoplia Victoria insidens, (in qua clypeus asparet, cum talibus literis. S. P. Q. R.) summa corporis parte nudata, dextra palmam habens, læva summitti clypeu, rei gestæ monumento exaratum. VIC. AVG. Ante eam Trophæum constructum è variis armaturis, utpote, galea, sago, scutis, cruralibus, ac alijs. Circumscriptio legi nequijt. Hincinde. &c. Hunc nummu æneum magnum satis ego domi pobum commonstrare.

In una parte.

56. Commodus cernitur laureo ornatus serto, lævo obtutu, thorace, ac paludamento indutus, adverso ad nos pectore. Inscriptio. L. AVREL. COMMODVS AVG.

In altera.

Victoria currbasiam gestans capite oblongam, dextrorsum intuetur, volitante mirum in modum habitu, sertorum lemniscos dextra sinistraq; tenet. Ante eam,

eam, basim inscriptam uidco breui titulo, qui ad superiorem coniungitur aptè. cos. v. p.p. In basi clypei duo erecti, cum duabus literis centralibus. S—C. Inscriptio superficiales est. victoriae. felici. Nummum hunc æneum magnum Romæ apud D. Antonium Augustinum uidisse mè in mentè uenit.

In una parte.

57. Commodus uidetur laurea ornatus, barbatus, denudato collo, modicè obuerso, læuo orè, cum nouis Epigraphè. M. commod. ant. p. felix aug. brit. p.p.

In altera.

Minerua pacifera, sinistro itinere procurrit, uolitante tunica, dextra caduceum, quo caput afflexit, altè commonstrans, galeata, læua clypeum hastamq; ad pectus tenet. Circumcidè. S—C. Circumscriptio. miner. aug. p. m. tr. p. xvi. cos. vi. Nummum hunc æneum magnum ego domi habeo inter meas Antiquitates.

In una parte.

58. Commodus ponitur, laurea coronatus, læua facie, apto collo, cum nominis sui titulo. m. aurel. commodvs avg.

In altera.

Fortuna sedet in sella, dextrorsum intenta, tutulata, tunicam, patagiumq; induta, manu dextera clauum gubernaculi, sinistra Cornucopiæ habens. Sub sede & rota adparet. Inscriptio superiori adhæret. p. m. tr. p. iii. viiii. cos. vi. p.p. Nummum istum exiguum ego, dum feret occasio, ostendã domi meæ.

In una.

S. D.

In una parte.

59. Commodus adolescens adhuc effigiatur, laureatus, thoracem, paludamentumq; indutus, aduerso ad nos pectore, cum inscriptione huiusmodi. L. AVREL. COMMODVS AVG.

In altera.

Annona stat, dextrorsum prospectans, tunicam, patagiumq; uestita, manu dextera congium inuertes, ita ut granum in terram spargatur, sinistra uero summam tenens hastam. Fusinde. S—C. Inscriptio facti partim indicium est. LIBERALITAS AVG. partim cum superiori annectitur titulo. TR. P. II. COS. P. P. Nummum hunc æneum magn Romæ uidimus in Musæo D. Antonij Augustini.

In una parte.

60. Commodus occurrit laurea decorus, sinistra facie, denudato collo, cum nominis Epigraphe. M. COMMODVS ANTONINVS AVG. PIVS.

In altera.

Hercules nudus, brachij summa parte circa humeru læuum pelle obiecta leonina, dextram in defixam humi clauam imponit, læua arcum tenet tensum, ad sinistram conuerso oculo. Fusinde. S—C. Inscriptio. TR. P. VIII. IMP. VI. COS. III. P. P. Hunc nummu æneu magn . . . . . .

In una parte.

61. Commodus prodit laurea decorus, læuo aspectu, prima barba malas fuscante, thorace armatus, ac paludamento, contra intuentem conuerso dorso. Inscriptio. M. COMMODVS ANTONINVS AVG.

In altera.

1496.

In altera.

Iuppiter opt. Max. nudata anteriori parte corporis, dextra fulmen, palliumq; à sinistro humero dilabens, extenuit. quo Imp. togatum infrà brachium dextrum constitutum, cum lauri ramo, ac sceptro protegit, ac custodit, læua summam tenet hastam. Lincinde. S—C. IVPPITER CONSERVATOR TR.P.VI. IMP. III.P.P. infrà. cos.... Nummum hunc æneū magn Lugduni uidimus apud Abbatem D. Irenæi.

In uera parte.

62. Commodus depingitur laurea insignis, ore læuo, detecto collo, modicè conuerso. Inscriptio. M. COMMODVS ANTONIN. P. FEL. AVG. BRIT.

In altera.

Equitem Imp. thoracatum, paludatum, dextra hastā librantem, præambulus miles deflexo ad imperantem ore, sinistrorsum præcedit, sagatus, galea cristata, telo, ac clypeo obarmatus, deinde proximi uestigia sequuntur Tribuni, ac Decuriones, æneos Thoraces amicti, galeasq; nitentes. Suprà legitur. AVGVSTI. infrà. PROFECTIO. Utrinq;. S—C. Nummus iste æneus magnus satis, ac insignis Lugduni à me uisebatur apud Abbatem D. Irénæi.

In una parte.

63. Commodus prodit laurea insignis, læuo obtutu, collo denudato, modicè obuerso, cum nominis Encomio. M. COMMODVS ANT. P. FELIX AVG. BRIT.

In altera.

Appollo tunica talari, laciniosa indutus, dextra lauream coronam

coronam tenet, ueluti deorsum deijciens, læua in stylobatæ postiam lauream, quò uultum deflexit. Æneus. S–C. Inscriptio. APOL. PALAT. P.M. TR. P. XVI. COS. VI. Hic nummus aneus à me uisus è Mantuæ apud Iulium Romanum.

In una parte.

64. Commodus occurrit laurea coronatus, sinistra facie, aperto, obuersoq; modicè collo, cum nouis monumento. M. COMMODVS ANTONINVS P. FELIX AVG. BRIT.

In altera.

Confœderationis, ceu Concordiæ signa sunt. Virtute uraq; armatam, galea, thorace, paludamento, paraZonio, necnon ocreatam, dextram dextræ stãtis ex opposito tunicatæ, patagiataq; Prouinciæ iungentem, cum hæc summum labarum, illa semmam hastam læua contineat. Circa utrarunq; genua asteriscus adparet, paulòq; inferiùs. S. C. Circumscriptio. P.M. TR. P. XVII. IMP. VIII. COS. VII. P.P. Hic nummus aneus magnus à me Romæ uisus apud quendam Scrutarium.

In una parte.

65. Commodus cernitur, laurea candidatus, sinistro ore, adolescens adhuc, obuerso denudatoq; collo. Inscriptio. L. AVREL. COMMODVS ANT. P. FEL. AVG. GERM. SARM.

In altera.

Equitem Imp. copijs paratis in expeditionem euntẽ, armatum thoracẽ, ac paludamento, dextra hastã libratem, miles tunicatus, sagatus, galea munitus, telo,

telo, ac scuto ante pectus posito, sinistrorsum præit. Tribuni Thoracibus squammatis æneis armati sequuntur. Subscriptio. PROFECTIO AVG. Superscriptio. IMP. .M. COS. II. P.P. Fincinde. S—C. Nummum hunc æneum magnum Lugduni apud Abbatem S. Irenei conspicatus sum.

In una parte.

66. Commodus videtur laureatus, sinistra facie, denudato collo, modicè converso, cum nominis Epigraphe. M. COMMODVS ANT. P. FELIX AVG. BRIT.

In altera.

Victoria clypeum rotundum, quem lœua retinet in laurino trunco insistentem, memoria facti notat huiusmodi. VO. DE. Fincinde. S—C. Circumscriptio deleta planè erat. Nummū hunc æneū mägm domi apud me servo.

In una parte.

67. Commodus habetur laureatus, iuuenis adhuc, thorate indutus squammosum, ac paludamentū Attalicum, contrario ferè ad nos dorso, cum notis Inscriptionis. L. AVREL. COMMODVS AVG. TR. P. III.

In altera.

Equitem Imp. probè armatum, paludatum, dextra librantem perpendiculare telum, miles galeatus, scutatus, thoracatus, necnon spiculo munitus, converso ad Imp. vultu, prægreditur sinistra via, Subsequentibus Tribunis, armaturaq; splendore longè collucentibus. Supra. IMP. III. COS. II. P.P. Infra. PROFECTIO AVG. interius. S.C. Nummum hunc æneis mägm nobis ostendit Antoniet. Doman. Antiquar.

In una.

In una parte.

68. Commodus laureatus, læuo ore, barbatus, denudato collo, obuerso modiceq; cernitur, cum hoc Inscriptione. M. COMMODVS ANT. P. FELIX AVG. BRIT.

In altera.

Mars Pacificus stat nudus, strophio tm ab humero deorsum relabente, galeatus, dextra oleagineu ramu demittens, elata sinistra Summam hastam tenens, Hinc inde. S—C. Circumscriptio. MANT. PACIF. P.M. TR.P. XIII. IMP. VIII. COS. V. P.P. Nummus hic æneus magnus apud me domi seruatur.

In una parte.

69. Commodus procit, laurea coronatus, læua facie, imberbis, obuerso humero dextro, læuo togæ laciniam iniectam habens. Inscriptio. M. COMMODVS ANTONINVS AVG.

In altera.

Prouidentia repræsentata e, tunicata, patagiata, dextra sceptrum deorsum detigens, ueluti quicpiam designans futurum ex præsagio, læua Summa hasta tenens. Hinc inde. S—C. Ad pedem dextru globus iacet. Inscriptio. PROV. DEOR. TR.P. VI. IMP. III. COS. II. P.P. Nummum hunc æneu magnum ego domi meæ seruo.

In una parte.

70. Commodus occurrit laureatus, læua facie, barbatus, aperto collo, nonnihil obuerso. Inscriptio. M. COMMODVS ANT. P. FELIX AVG. BRIT.

In altera.

Deo

1500.

Duo copiæ cornua ẽmis partibus ĩn transuersum ita coniuncta sunt, ut medium caduceum sustineant. Infra hæc indè atq; indè. S—C. Circum scriptiõ tota deleta. Nummum hunc aneũ magnum utcunq; apud mẽ domi conseruo.

In una parte.

71. Commodus occurrit, læua facie, aperto capite, & collo modicè conuerso, cum nõis commendatione. M. COMMODVS ANT. P. FELIX AVG. BRIT.

In altera.

Salus Dea ĩn solio sedet, tutulata, tunicata, patagiata, dextra serpentem longissimum ab ara proxima altè se erigentem cibat, nam patinam farre plenã tenet, læua in sponda sedis suprema incumbentẽ cubito. Sinistrorsùm. S—C. Inscriptiõ. P. M. TR. P. X. IMP. VII. COS. V. P. P. Nummus hic aneus à mẽ uisus è Mantuæ apud Julium Romanũ.

In una parte.

72. Commodus effigiatur Laureatus, sinistro orẽ barbata, aduerso dorso, denudatoq; B. Inscriptio. M. COMMODVS ANTONINVS AVG. PIVS.

In altera.

Anni totius, discriminata tempora in quatuor pueulis totidem repræsentata. Prima florum copiam ĩn canistro fert humeris, alter falcem messoriam attollit, tertius animali ad blandienti, ueluti hinnulo alludit, læuaq; fruges ostendit. Vltimus, solus tunicatus, ob frigus, nescio quod, nisi niuarium globum capitè gestat, læua demissa Vrnaticũ canẽ ducit.

S. D. iiij.

ducit. intrà. TEMPORVM FELICITAS. Hinc inde S—C.
Circumscriptio commaculata erat. Nummum hùc
æneum magnum Romæ apud Antonietu Romanu
Antiquarium sum conspicatus.

In una parte.

73. Commodus habetur laurea ornatus, sinistra oré, barbatus, aperto collo, in cuius summo læuo humero paludamenti lacinia adparet. Inscriptiò. M. COMMODVS ANT. P. FELIX AVG. BRIT. P.P.

In altera.

Statua muliebris, tunicam, patagiumq; inducta, dextra spicas tenens, sinistra labarum. Hinc inde S—C. Circumò. FIDEI. CON. P.M. TR. P. XVI. COS. VI. Nùmu, eum æneum magnum Romæ nobis uidere contigit, apud Antonietum Romanum Antiquarium.

In una parte.

74. Commodus laureatus est, læuo obtutu, thoracatus, paludatus, contrario ad intuentes dorso. Inscriptiò. M. COMMODVS ANTONINVS AVG.

In altera.

Venus tutelata, tunicata, patagiata, subiecto pedibo scabello, in sella sedens, dextra Victoriolam Præmiatricem, læua hastam tenet. Hinc inde S—C. Circumscriptio. VENVS FELIX. Nummu hunc ex ære Corinthio in meo Musæo adservo.

In una parte.

75. Commodus depinguntur laurea coronatus, sinistra facie, barbatus, cum nominis Epigraphe. M. COMMODVS ANT. P. FELIX AVG. BRIT.

In altera.

1502.

In altera.

Felicitatis simulachrum, tunicatum, patagiatum, ad dextram intentius, dextra paulum demissa patinam, læua summam hastam habens. Hincinde. S—C. Circumscriptio. PVBLICA FEL. P.M. . . . . IMP.VIII.COS. V. P.P. Nummum hunc æneū mag^m Mantuæ apud Iulium Romanū uidimus

In uena parte.

76. Commodus prodit laureatus, læua facie, barbatus, collo obuerso parumper, nudatoq. Inscriptio. IMP. CAES. L. AEL. AVREL. COMM. ANT. AVG.

In altera.

Libertas repræsentata se, tunicata, patagiata, dextra pileum summis tñ digitis tenens, læua summam hastam. Hincinde. S—C. Circumscriptio. LIBER. AVG. P.M. TR.P. XVII. COS. VII. P.P. Nummū hunc aneum mag^m Romæ apud quendam scrutarium sum conspicatus.

In uena parte.

77. Commodus depingitur laurea ornatus, læuo ore, dorso conuerso, denudato, cum nominis Epigraphe. M. COMMODVS ANT. P. FELIX AVG. BRIT.

In altera.

Mineruæ Victricis simulachrum reperio, tunicatū, patagiatum, galeatum, dextra Victoriam laurei largitricem serti tenens, læua summam hastam. Dextro Deæ pedi clypeus adpressus e. Post Victricem Trophæum ingens erectum, in quo armaturæ uariæ pendent, & transuersa tibialia. Hincinde. S—C.

Circum.

Circum. MINER. VICT. P.M. TR. P. XIIII. IMP. VIII. COS. V. P. P. Nummum hunc aeneum mägm domi inter domesticas Antiquitates seruo.

In una parte.

78. Commodus laureatus cernitur, laeua facie, barbatus, denudatoq; collo, & conuerso, cum nõis Commendatione. M. COMMODVS ANT. P. FELIX AVG. BRIT.

In altera.

Typei duo structurae marmoreae late, longeq; impositi, in cuius fronte' literar uestigia adparebant. .I. O. M. C. post quam procurrens, uolitante' habitu Victoria, turritam habens uertice' coronam, serti ingentis extremos lemniscos retinet ambab. manib9. infrà. S. C. Circumscriptio confusa fuit. VICT.... ..... Nummũ hunc aeneũ mägm domi meae seruo inter alias meas Antiquitates.

In una parte.

79. Commodus obuius est laurea candidatus, barbatus, laeuo obtutu, nudato collo. Inscriptio. M. COMMODVS AVG. ANT. P. FELIX BRIT. P. P.

In altera.

Italia in ingenti globo, ueluti domito Orbe sedens, tutulo insignis primum, deinde' tunica aurea, patagioq; pretiosissimo induta, quietior compositis tumultibus belli, dextra Cornucopiae ꝑmonstrat, laeua sceptrum habet. Hincinde'. S—C. Infrà. ITALIA. Circum literae erosae erant. Nummꝰ hic aeneus magnus in Museo nro seruatur.

In una parte.

Commodus

80. Commodus inornatus cernitur, læuo oré, barbatus, thoracatus, paludatus, nudato, obuersoq; modicè collo, cum nodis Epigraphé. M. ANTONINVS COMMODVS AVG.

In altera.

Eques Imp. armatus, paludamento uolitáte, laurea ornatus, paraZonio cinctus, ocreatus, ex equo, sinistrorsùm celerrimè decurrenté, uibrato dextra ualidiore telo Tygrim immanem obuiam perfodit. Altum fera ululat, præq; uulneris, (quod ex infixo pectori stilo accepit) impatientia, supinato rictu, prædatorem respicit, tùc si animam exhalatura foret. Infrà. S.C. Circumì. P.M.TR.P.XII.IMP. V. COS.VI. P.P. Nummùm hunc aneùm ego domi habeo meæ.

In una parte.

81. Commodus adest laurea ornatus corona, sinistra faciè, nudo collo, modicè conuerso. Inscriptio M.COMMODVS ANT. P. FEL. AVG. BRIT.

In altera.

Fortuna turrita, patagiata, in sella eburnea sedet, ad dextram intentóa, dextra clauùm gubernaculi globo insistentis tenet, læua cornucopiæ. Interseds pedes mucronatos rota asparet. Infrà. S. C. Circumì. TR.P.III. IMP.VII.COS.III. P.P. Nummùm hunc æneum magnùm domi meæ præseruo.

In una parte.

82. Commodus cernitur laurea coronatus, læuo aspectu, aperto collo, cum nominis Epigraphé. M. COMMOD. ANTONINVS AVG.

In altera.

In altera.

Apollo stat tunica talari indutus, laureatus, dextra demissiore lauream tenens, sinistra lyrâ cylindro impositam habens. Stincinde. S—C. Inscriptionis pars Dei nomen prodit, pars filo superioris annectenda. APOL. PALAT. P.M. TR.P. XVI. COS.VI. Hunc nummū æneum mägm in Musæo nrō inuenient studiosi.

In una parte.

83. Commodus habetur, sinistrorsum obtuens, laurea coronatus, aperto collo, cum nominis Epigraphe. L. AVREL. COMMODVS TR.P. III.

In altera.

Sacrificij typus est. Dextra in parte lanio suppara tum, quo cingitur, pudenda cælans, amba b. manib. sublato altè malleo Taurum procumbentem verberaturus adparet ad aram, in qua Imp. prætextatus è regione stans, manu dextra patinam tenet, sinistra, qua simul prætextam colligit, sceptrum habens. Inscriptio. VOTA PVBLICA. IMP. II. COS. P.P. Inferiùs. S-C. Nummū hunc æneū mediocri amplitudine apud D. Julium Calestanū conspicati sumus.

In una parte.

84. Commodus obuius sit, non coronatus, læua facie, nudato collo, aè obuerso. Inscriptio. M. COMMODVS ANT. AVG. BRIT.

In altera.

Salutis simulachrum stat, tunicatum, patagiatum, dextra

dextra patinam tenens, sinistra summa hastam. È patina longissimus serpens, ab ara, quam involuit caudæ gyro, se sursum attollens, pultem lingit. Circumscriptio. P.M.TR.P.VI. COS.III. P.P. Fincinde. S—C. Nummum hu aneu mag^m Lugduni apud Abbatem D. Irenei me uidisse memini.

In una parte.

85. Commodus conspicitur laureatus, sæuo conspectu, aperto collo, cum plena Epigraphe. M. COMMODVS ANTONINVS PIVS BRIT.

In altera.

Salus femineda sedet in sella eburnea affabrefacta, gryphe, sesegs inuicem amplexantibus imagunculis sculpta, manu dextera pateram tenet, (sinistro cubito in summum sedis limbum impresso) qua serpentem longissimum, flexibus quamplurimis quadrato saxo sensim se attollentem, pari altitudine, cum cylindro, cis è regione Deæ consistit, cui imposita concordiæ imagine, una patina, altera hastam tenente, illegs proxime insita Pampinus altè excreuit) lebat. Fincinde in nummo legitur. S—C. Inscriptio cum superiori coniungitur. P.M.TR.P.XX. IMP.VII. COS.III.P.P. Subscriptum. SALVS. Nummu istum aneu mediocri amplitudine apud Iul. Calestanu uidimus Romæ.

In una parte.

86. Commodus cernitur lauro coronatg, læua facie, apto collo, cuius sæuo humero iniecta è togæ lacinia, cum nois adscriptione. M. AVREL. ANTONINVS COMMODVS AVG.

In altera.

In altera.

Sacrificio intentus Imp. prætextam indutus, stat ad aram, super qua dextra quam tenet patinã, dimittit, sinistra scheedam habens, & stipatus tribuno, promiscuaq; uulgi multitudine) oppositam Romam officioſè intuens alloquitur. Stat illa galeata, tunicata, patagiata, iuxta stylobatem, cè qua insistens Laurus quam altißimè erepit) cui dextram imprimit, sinistra summã hastam apprehendens. Inscriptio cum superiore proxima adiungitur. TR. POT. VII. IMP. VIII. COS. III. P.P. Subscriptio ita habebat. PROVIDENTIA DEORVM. Hunc nummũ æneum magnum Romæ Julius Calestang mihi commonstrauit.

In una parte.

87. Commodum in lecto cubantem, & somni captandi, quietisue causa) amphitapis strato, ac ceruicali, pretiosißimis, nudum, Martia Cilius quum amore deperiret) capillis auro intextis, decenterq; digestis, mundoq; omni ad amoris incentiua, ornata, tunicam tenuem induta, femore collogq; apprehensum excitat studioſè, basium ab amato speras sumpturam ſè, quod dare libentißimè quum parata erat. Excitus itaq; ille, uices amoris mutui expreßurus, ulnis amatam ambit, uultumq; obuertit in illam. Supra thorum cortina adpareret. Inscriptio nulla est adiecta, cum facti inseratio intuentibus sit manifesta.

In altera.

Corona

Corona laurea imprimitur, cum centrali numero. .xv. Quem nummulum Stypem appellatum, ex ære Corinthio Romæ uidimus apud Iul. Calestanū.

In una parte.

88. Commodus occurrit laurea donatus, læuo ore, collo nudato, modicè obuerso, cum nōis Commendatide. M. COMMODVS ANT. P. FELIX AVG. BRIT.

In altera.

Suggestus adparet quadrangularis. È quo Imp. armatus, paludatus, hastatus, porrecta in sublimē dextra apud Legionem concionatur. Subter suggestū in solo Signiferi, Scutatiq; adparent in corona stantes milites, armaturis grauibus tecti. Hinc inde S — C. infrà. FID. EXERCIT. Circumꝫ. P. M. TR. P. XI. IMP. VI. COS. V. P. P. Nummū hunc æneū magnæ Augustæ apud Medicum Adolphum sum conspicatus.

In una parte.

89. Commodus adparet laurea candidatus, ore sinistro, barbatus, conuerso dorso, detectoq;. Inscriptio. M. COMM. ANT. P. FELIX AVG. BRIT.

In altera.

Genij Simulachrum ad pudenda nudum, strophio tantùm lumbis, Virilibusq; obiecto, dextra patinam in subiecta ara, sertis obcincta circumcirà, accensaq; tenet, læua Cornucopiæ, uelamentiq; limbos stringens, ne præter labatur. Ex eius opposito Arietinū uellus inter lauriños ramos iniectum conspicor. Circūscriptio. GENIO COMMODIANO P. M. TR. P. XVI. infrà. COS. VI. Hinc inde S — C.

S — C. Nummum hunc æneum mediocrem inter domesticas Antiquitates habeo.

In una parte.

90. Commodus videtur laureatus, læuo vultu, barbatus, nudato collo, ac modicè obverso. Inscriptio. M. COMMODVS ANTONINVS AVG.

In altera.

Votiuis sacris intentus est Imp. prætextatus, aperto capite, dextra patinam in ara accensa tenet, læua schedam. Alincindè. S — C. Circùm. VOTA AVGVSTI. Infrà. cos. III. P.P. Nummùm hunc æneùm mediocrem ego domi seruo.

In una parte.

91. Commodus habetur, læua facie, imberbis, thoracatus, ac paludatus, aduerso dorso, capite nudo, cum nois Epigraphe. COMMODVS AVGVSTVS P. FEL. GERM. SARM.

In altera.

Signa religionis hoc ordine disponuntur, culter, aspersorium, trulla, situs, et simpullum. Infrà. S.C. Circùm. BONITAS AVG. Nummùm hunc æneùm mediocrem ego domi meæ seruo inter meas Antiquitates.

In una parte.

92. Commodus depingitur, laureo ornatus serto, obtutu sinistro, barbatus, aduerso, nudoq; dorso. Inscriptio. M. COMMODVS ANTON. AVG. PIVS BRIT.

In altera.

Victoria seminuda sedens in duobus insignib. clypeis, in gremio impositum clypeum, in quo legitur signatu.

S. P. Q. R.

1510.

S. P. Q. R. tenet læua, dextra calamum. Fincinæ. S-C. Inscriptio. P. M. TR. P. XI. IMP. VII. COS. V. P. P. Infrà. VIC. BRIT. Nummum hunc æreū mediocrem domi meæ custodio.

In una parte.

93. Commodus laureatus est, læuo obtutu, imberbis, conuerso collo, detecto, cum nominis Epigraphe. L. AVREL. COMMODVS .....

In altera.

Equum generosum, ferocientemq; dextrorsum abire nitentem Imp. thoracatus, paludatus, dextra iubæ impressa retinet, læua hastam habens. Infrà. S. C. Circumscriptio, planè deleta. Nummū hunc æreū mediocrem domi meæ seruo inter meas Antiquitates.

In una parte.

94. Commodus depingitur inorneatus, læuo aspectu, collo aduerso detectoq;, cum hmoi adscriptione. AVREL. CAESAR AVG. P. ....

In altera.

Corona laurea impressa est, cum monumento hmoi. IVVENTVS. S. C. Nummum hunc æreū mediocri amplitudine Romæ apud Antonium Augustinum uidimus.

In una parte.

95. Commodus uidetur laureatus, læuo obtutu, apto collo, cum nōis Epigraphe. M. COMMODVS ANTONINVS AVG.

In altera.

Votiua sacra facit Imp. prætextatus, amictu candido, dextra patinam in substrata ara tenens, læua

Schedam.

S. C.

schedam. Hincinde. S—C. Circum. VOTA SVSCEPTA. .... IMP. III. COS. II. P.P. Nummum hunc aeneū mägm domi habemus in nrō Musæo.

In una parte.

96. Commodus radiatus occurrit, læuo ore, imberbis, denudato collo, modicè obuerso, cum tali Circumscriptione. L. AVREL. COMMODVS AVG. TR. P. III.

In altera.

Libertas repræsentata, tunicata, patagiata, una pileū, altera hastam tenens. Hincinde. S—C. Circūscriptio. LIBERTAS AVG. IMP. II. COS. P. P. Nummū hunc æneum mediocrem ego domi habeo.

In una parte.

97. Commodus prodit laurea ornatus, læua facie, aperto collo, modicè conuerso, cum nominis Circūscriptione. M. COMMODVS ANTONINVS AVG.

In altera.

Pax reperitur, uestitu sacro Vestalium, una caduceum, altera hastam tenens. Hincinde. S — C. Circum. FEL. AVG. TR. P. VI. IMP... COS. III. P. P. Nummū hunc æneum mediocrem apud me domi seruo.

In una parte.

98. Commodus cernitur laureatus, ore sinistro, obuerso collo, denudato, cum nominis Epigraphe. M. COMMODVS ANT. P. FELIX AVG. BRIT.

In altera.

Roma galeata, tunica breuiore amicta, paludata, ocreata, dextra manu Victoriam laureæ donatricē habet,

habet, læua summam arripit hastam. Æincinæ. S—C. Circumscriptio. P.M.TR.P.XII. IMP.VIII.COS.V.P.P. Nummum hunc æneum mediocri amplitudine domi meæ seruo.

In una parte.

99. Commodus uidetur laurea decorus, sinistra facie, denudato collo, cum nominis Epigraphe. L.AEL.AVREL. COMM. ANT. AVG. P.M.

In altera.

Annona Stat, tutulata, tunicata, patagiata, dextra manu teßeram alte attollens, læua adstatus demißa Cornucopiæ, columnæ proximæ innitens, Æincinæ. S—C. Circumi. TR.P.XVII. IMP.VIII.COS. VII. P.P. Nummum hunc æneii, magn non adeò domi meæ seruo.

In una parte.

100. Commodus uidetur laurea coronatus, læuo aspectu, barbatus, detecto collo, conuerso modice. Inscriptio. M. COMM. ANT. P. FELIX AVG. BRIT.

In altera.

Genius seminudus Stat, ad aram uittatam, et ardentem, patinam teniens dextra, læua cornucopiæ, angustamq; uestem genitalibus obiectam restringens. Retro Deum laurino trunco Sceptris uellus pendet. Æincinæ. S—C. Circumscriptio. hincinde rasiata. GENIO ..... P.M.TR.P.XVI. COS.VI. Nummum hunc æneum mediocrem domi meæ seruo.

In una parte.

101. Commodus cernitur, laurea candidatus, sæuo ore, denudato collo, conuersoq3, cum nõis Epigraphe. M. COMMODVS ANTON. AVG. PIVS.

In altera.

Elephas sinistrorsum tendit, promuscide prona. Circum. MVNIFICENTIA AVG. P. M. TR. P. XIII. IMP. ... Infrà. cos. III. P. P. Inferiore loco. S. C. Hic nummus æneus mediocris domi meæ præseruatur.

In una partem.

102. Commodum comperio laureatum, sæuo aspectu, thoracatum, paludatumq3, aduertentem pectus. Inscriptio. L. AVREL. COMMODVS AVG.

In altera.

Corona est triumphalis, in qua fasti, honoresq3 monumentum legitur. PRIMIS DECENN. P. M. TR. P. II. IMP. VII. COS. III. P. P. S. C. Quem nummum ex ære mediocri amplitudine Romæ apud D. Antonium Augustinum sæpius conspicati.

In una parte.

103. Commodus habetur, lauro coronatus, barbatus, thoracatus, paludatusq3, aduerso in intuentem pectore, cum nõis titulo. L. AVREL. COMMODVS AVG.

In altera.

Italia in sella eburnea sedens reperitur, dextro cultu, turritam coronã capite gestans, tunicam, patagiumq3 induta, dextera medium copiæ cornu, sinistra sceptrum tenet. Sub sella est globus. Hinc inde. S — C. Inscriptio cum superiore continuata. P. M. TR. P. XVIII. COS. IIII. P. P. Subscriptio. ITALIA. Nummũ hunc æneũ magni fecit Anton. Augustin. Romæ.

In una

1514.

In una parte.

104. Commodus cernitur Laureatus, læua facie, aperto collo, barbatus, cum nominis Epigraphe. M. COMMODVS ANTONINVS AVG. PIVS.

In altera.

Curru Triumphali alto, Victoria sculpto, quadrijugo equorum, dextrorsum inuehitur Commodus Imp. aurea insigni corona, trabeatus, dextra habenas retinens, læua Aquilatum sceptrum, Inscriptio. TR. P. VIII. IMP. VI. COS. III. P. P. Infrà. S. C. Hunc nummum æneum mediocrem domi meæ conseruo.

In una parte.

105. Commodus cernitur Laureatus, sinistra facie, cum hac inscriptione. M. COMMODVS ANT. PIVS FEL. AVG.

In altera.

Fortuna stat, dextra manu gubernaculi rotæ insistentis, clauum, sinistra cornucopiæ tenens. Inscriptio. P. M. TR. P. VIII. IMP. V. COS. III. Hincinde. S — C. Hunc nummum æneum apud Hannibal. Carum Romæ uidimus, nō admodum amplum.

In una parte.

106. Commodus irradiatus uidetur, sinistra facie, iuuenis admodum, thoracatus, paludatus, aduerso dorso, cū nouis Epigraphe. IMP. L. AVREL. COMMODVS AVG. GERM. SARM.

In altera.

Trophæo insigni, de se comparato, assident hinc inde captiui, retroligatis manibus, suppositis singuli capiti dextra, attractis genibus, sublapsis

uultibus,

uultibus, animorum perturbationes, macerationesq; ostentantes. Sinciput. S—C. Infrà. DE GERM. Circumscriptio. TR. P. II. COS. P. P. Nummum hunc æreu mediocrem apud meas Antiquitates seruo.

In una parte.

107. Commodum uideo laureatum, barbatum, ad lævam partem obuersum, cum adscriptione. L. AEL. AVREL. COMM. AVG. P. FEL.

In altera.

Hercules nudus, ad dextram respectans, læua manu ad lumbum admota, clauam, ubi pellis leoninam brachium circumplicata propendet, tenens, dextra tropheum è diuersis hostium spoliis componit, ñq galeam summo apice imponit. Scuta ibi sunt hinc inde, thorax, spiculum perpendiculatim intrusu, et alia. Ad pedes ei C qui Typice Commodum deformat). S—C. Epigraphe hæc est. HERCVLI ROMANO AVG. Apud P. Aloysium Romanu æreu hunc nummu delineaui, utcunq; amplum.

In una parte.

108. Commodus barbatus repræsentatur, laurea redimitus, pectore aperto, ad lævam intuens, cu Inscriptione. M. COMMODVS .... BRIT. P. P.

In altera.

Triumphus expressus est. nam Imp. Commodus, aurea corona ornatus, quadriga uehitur dextro tramite, tunica palmata, togaq; picta conspicuus, altera lauri ramum, altera scepstrum Aquilatum tenens. Curru Gratiarum impo sculptæ figuris laudabilis est.

Inscriptio

Inscriptio hæc est, quanq̃ non integra. P.M.TR.P. . . . . Infrà. cos.VI. & S.C. Apud M. Antonium Palosiũ hic nummus est.

In una parte.

109. Commodum uideo laureatum, ore sinistro, obliquo collo. cum Circumscriptione tali. IMP.M.AVR. COMMO. ANTON. AVG.

In altera.

Neptunus sedet in uittata sella, seminudus, strophio pudenda, cruraq̃ obtegens, dextrorsum respiciens, dextra delphinum tenens ad labra dientem, sinistra hastinam, cum inscriptione obscura. CLI. con. Apud Petrum Rames Hispanum hic ereus nũmq̃ mediocris est, Venetijs.

In una parte.

110. Commodus effigiatur laureatus, leuo obtutu, cũ noĕ inscriptione. IMP. COMMODVS ANT.. P. FEL. AVG.

In altera.

Sella in curuli Imp. ut monarcham sedentem, indutum trabea insigniori, una tenentem manu globum, altera schædam, Victoria aduolans laurea corona ornat. Circumdẽ. S—C. Inscriptio. PONT. M. TR. P. . . . IMP. Nummũ hunc ereũ mãgn uidimus Noremberga apudo. Bilibaldũ Incuriam.

Commodi
s. C. iiij.

1517.

Commodi Aerea Ampliora.

In una parte.

1. Commodus adparet laureatus, laeua facie, aduerso collo, detectoq3. Inscriptio. L. AVR. ANTONIN. COMMOD. AVG.

In altera.

Orgia, Bacchi Festa sunt repraesentata, in hunc modu. Deum Silenum ebrium Fauni ducitant, sustentantq3 titubantem; nam alter medium complectitur, alter manum impotentem, dilabentemq3 apprehendit, dextra, qui auerso a dnos dorso thyasum Bacchicu inflexo modice crure, sublenata sinistra gestientis more, exclamantisq3 Euoë, Euoë, exprimit sic satis. Pompae praeambulus e Satyrus C in cuius laeuo humero (Pei sinistra recubat) ipse etiam o.ticisse laborans, ne fors intemperantior Pater cadat, dexteram lateri subdit, sinistra pellem caprinam obuolutam brachio gestat. Huius in humeris sua Syrinx propendet, quod indicat cingulum, e dextro humero in latus descendens laeuum. Inscriptio si qua fuit, temporum longinquitate corrosa e. Interius adhuc adparent litterae. n c s. Amplius. hunc nummu, elegantem quidem illum ostendit nobis Romae D. Antonius Augustinus.

In una parte.

2. Commodus adparet, Laurea candidatus, laeuo obtecto, lorica indutus affabrefactum, paludamenti insignioris lacinia duntaxat in laeuu humeru iniecta, aduerso toto pectore,

pectore, cum nominis Epigraphe. IMP. CAES. COMMOD. ANTONINVS AVG. PIVS.

In altera.

Victoria Panoplia insidens Cuius in conserto clypeo signatus occurrit statim intuenti. S. P. Q. R.) dextra palmam tenet, laeua ouatum clypeum in genu insistentem commonstrat, In cuius umbilico facti legitur memoria. VIC. AVG. Ante pedes Trophaeum habet erectum, è galea, scutis, sago, femoralibus conparatum. Inscriptionem hic aliam nullam uidi. Nummo hunc aeneum max. pulcherrimè expressum, quum signa essent altiora, & eminentiora in Museo Ill.mi Ducis Mantuani me uidisse aliquando in memoria habeo.

In una parte.

3. Commodus depingitur, laeua facie, lauro coronatus, thoracem ac paludamentum indutus, aduerso pectore, cum nominis Epigraphe. L. AVR. ANTONIN. COMMOD. AVG.

In altera.

Sacrificij Romanor. ritus commodè ob oculos Posteritati proponitur. Nam seminudus Lanio, ambabus sublato altè malleo Taurum, quem puer aceria gestans dextra, cornu tenet sinistra, Aræ quam proximus. Praecentor Cui antequ. Sacrificium incatur) dyaulon inflat. Atergo illi adstat uir popularis. Sacrificaturus Imp. uelato capite, ptextatus, manu dextra patinam in Ara accensa tenet, sinistraq. schedam. Inscriptio ita habebat. VOTA SOLV. P. RO. SACRA. Subscriptio aduersa Inscriptionis seriem

continuat.

continuat. cos. vi. p. p. Nummum hunc insignem, maximum, in Musæo D. Antonij Augustini Romæ ex ære Sumus conspicati.

In una parte.

4. Commodus & Martia contigui effigiati sunt, uerum dispari ornatu. Ille enim duplicem coronã uertice gestat, lauream, deinde radiatam, obuerso humero dextro. Illa Mineruam refert, cristatam enim habet galeam, uenusto uultu, torquem baccatã collo circumdata, undè in pectus (summum Cutidea Regidem commonstrat) insigne quid appendet, mediæ Lunæ figura. Sinistrorsum intuentur ambo. Circumscriptio. l. aelivs avrelivs commodvs avg. pivs felix.

In altera.

Mars galeatus, nudato corpore, conuerso, ad sinistram respiciens, strophio strictissimo è brachio læuo prolabente, dextra, inuersa ac̃ speculum summũ adprehendens, læua in summum femur clamide paratoria, scutum pedè læuo calcat. È conspectu columnæ impositam Victoriam obtuetur, altera lauream commodantem, altera palmam. Apud columnæ basim clypeus Dei constitutus est. Circumscriptio. p. m. tr. p. xvii. imp. viii. cos. vii. p. p. Nummũ hunc amplissimum, eminentissimis figuris, rarũ itidem ego in Musæo meo commonstrare possum.

In una parte.

5. Commodus depingitur laureatus, sinistra facie, thoracato, paludatus, conuerso dorso, cum nouã Epigraphe. m. avrel. commodvs antoninvs avg. pivs.

In altera.

1570.

In altera.

Commodum Imp. thorace insignem, ac paludamento, limbriato, dextra globo insistentem Victoriã, laureæ donatricem, tenentem, læua scipionem eburneũ, Roma memor tantæ alumni Virtutum, galeata, tunicata, paludataq; dextra altissimè extensa laurea donat, læua parazonium tenens. Circumscriptio. P.M.TR. P.XV. IMP.VII. COS.V.P.P. Nummũ hunc æneũ max. perpulchrum habet in facultatib. suis P. Groslerius Quæstor Regius Lutetiæ Parisior.

In una parte.

6. Commodus effigiatur laurea donatus, ore sinistro, pertextæ ætatis, conuerso ad intuentem pectore, quo summo circa humerum læuum lorica obiecta adparet, homine quid maius astruens. Circumscriptio. M. COMMODVS ANTONINVS PIVS FELIX AVG. BRIT.

In altera.

Anni totius, in tempora sua diuisi discriminatim, repræsentatio. Ops Dea, seu Tellus, omnium mater humi sedens, ac pubem nuda, dextram imponit sphæræ cælesti, astris, Zodiacoq; signatæ, cuius ex influentijs, uireis humoremq;, ac temperies generationi commodas accipit, læua uas amplectitur, lamium, oris ampli, excrescentemq; Vitem. Ad eam accedunt post globum Veris imago, floribus plenum offerens canistrum, Æstas spicas, ac papauer, Autumnus uuas, frugesq;, Vltima Hyems arentem ramum, canemq; Venaticum, omnes acceptũ à matre genitrice Tellure munus referentes. Infrà. TELLVS STABIL.

Circum.

Circum. P.M. TR. P. XV. IMP. VIII. COS. V. P.P. Æneum hunc nummum amplißimum, Spectabiliß. perrarum, Venetijs magnific. vir D. Franciscus Veniero nobis ostendit.

In una parte.

7. Commodus & Crißpina uenustis uterq; oribus, mutuis aspectibus gaudent, absimili cultu, ac decore. Nam hic Laureatus, thoracatus, paludatus, conuerso dorso, illa capillo calamistrato, ad cyncipu in orbiculu aureum obuincto, contecto pectore, conuersoq; adparet. Circumscriptio. CRISPINA AVG. IMP. COMMODVS AVG. GERM. SARM.

In altera.

Commodus & Crißpina dextras simul iungunt, togato ille, conuerso magis dorso, hac obuelato capite, ptexta, laeua in uterum remißa. Quos media mat, impositis in amborum humeris manibus, Cconuersa tota, tunicata, pataqeataq; amplexa, simul conuegit, matrimonioq; copulat, salutarica conseruandae castimoniae, retinendae iuratae fidei, neq; perperam violandae, praecepta pronuncians. Circum. VOTA PVBLICA. Amplißimum cum numu, Aragsyphon, perpulchrum, Mantuae inter Antiquitates Ill.mi Ducis conspexi.

In una parte.

8. Commodus occurrit laeuea candidatus, sinistra facie, thorace sculpturato indutus, ac paludamento, adcuerso dorso. Inscriptio. M. AVREL. COMMODVS ANTONINVS AVG.

In altera.

1522.

In altera.

Trophæum insigne adparet in dextro nummi angulo, quod Mars Victor, thoracatus, paludatus, ex hostilib. manubijs collectum construxit, at qui galeam in sublime quantum potest dextra imponere uidetur, Cinter quæ cetræ, peltæ, clypei, scuta, thorax, sagum, conspiciuntur, ac ensis) læua telum tenet. In armor. præterea aceruo humi respersо captiui hinc inde sedent, Victore inferiores, retrolegatis manibus, uultibus pronis, animor. passiones exprimentes. Circumscriptio. TR. P. VIII. IMP. V. COS. IIII. P. P. Hunc nummu amplissimum, Anaglyphicis signis elegantiss. Romæ nobis commonstrabat Antonietus Romanus Antiquarius.

In uera parte.

9. Commodus uidetur lauro redimitus, læuo obtutu, thoracatus, paludatusq, oppositio ad intuentem pectore. Inscriptio. L. AVR. ANTONIN. COMMOD. AVG.

In altera.

Suggestum uideo in nummi angulo sinistro collocatu. E quo Imp. armatus, ac paludamentum indutus, adstantibus à tergo Tribunis, pari habitu, apud militum legionem, protensa latè dextra, apertaq sua dentis gestu, sinistra schædam habens, orat. Ante eum paulo inferius Aquilifer, Vexillarijq duo, totius legionis loco sunt. Sub Inscriptio res gesta continetur. ADLOCVT. AVG. Inscriptione Vetustas excidit. Latissimam, maximuq eu nummu æreu uidere me memini Romæ apud D. Antonium Augustinum.

In uera

In una parte.

10. Commodus conspicitur laurea ornatus, læua facie, thoracem ac paludamentum indutus, aduerso pectore cum nõis Epigraphe. M. COMMODVS ANTONINVS AVG. GERM. BRIT.

In altera.

Hercules nudus stat, dependula pelle leonis à collo in brachium læuum dependente, dextra ex arbore Hesperidum malum decerpens aureum, læua clauã tenens. Arcus & Pharetra ab arbore pendent. In læuo nummi angulo Ara quadrangula è, infulis ornata, proximè quam procumbit humi mactatus Deo bos. Postillam accensa adparet fax. Inscriptio cum aduersa connectitur. P.M.TR.P.X. IMP. VII. COS. II. P.P. Amplissimus hic nummus æreus, anaglyphicè expressus, à nobis cum summa admiratione apud Iulium Calestandi à me uisus Romæ.

In una parte.

11. Commodus occurrit laurea decoratus, barbatus, uultu sinistro, loricatus, paludatus, imum thoracem tenus effigiatus, conuerso pectore, cum nomĩs Epigraphe. M. COMMODVS ANTONINVS PIVS FELIX AVG. BRIT.

In altera.

Mars nudus conuersus stat, dextro tũm uultu, galeatus, strophiolo è læuo brachio dilabente, dextra ueluti oleæ ramulum deijciens, læua summã hastã correptans. Apud quem clypeus magnus hinc, inde thorax aneus adparent. Circumscriptio. MANET. PACET. P.M.TR.P.XIIII. IMP.VIII. COS.V. P.P. Amplissimus hic nummus, ex ære

ex ære Corinthio, elegantissimum, Anaglyphon, domi ego inter Antiquitates meas asservo.

In una parte.

12. Commodus effigiatus est, laurea corona decorus, imberbis, sinistrorsum intuens, thoracem indutus, ac paludamentum, obverso dorso, cum nomis Epigraphe. M. COMMODVS AVG. GERM. SARM. TR. P. X.

In altera.

Curru Triumphali quadrijugo equos Victoria ipsa ad dextram viam invehitur, ambabus manib. habenas moderans. Infrà legitur. VICT. GERM. Subrà. IMP. VI. COS. II. Hunc æneum Orbem maximum, Anaglyphon, perelegantem, apud Jul. Romanum Mantuæ vidimus.

In una parte.

13. Commodus depingitur laureatus, ad lævâ conversa facie, adolescens, thoracatus, paludatus, converso ad intuentem dorso. Inscriptio. L. AVREL. COMMODVS AVG. GERM. SARM. TR. P. V.

In altera.

Victoria in clauca humi projecta stans, in columnâ lævo cubito subjectam incumbit, rebus compositis otium ac quietem indicans, dextra laureâ demittes, lævâ palmæ ramum tenens, retrojecto ad sinistrâ vultu. Circumscriptio. IMP. III. COS. II. P. P. Hunc nummum æneum, per magnum, elegantissimumq; ni fallor, vidisse me recordor Romæ apud Antonietum Roman. Antiquarium.

In una parte.

Commodus

14. Commodus cernitur laureatus, læuo uultu, thoracato, paludatusq3, auerso pectore, cum adscriptione. M. COMMODVS ANTONINVS PIVS FELIX AVG.

In altera.

Janus bifrons, barbatus, coronatusq3 adparet, et circum impressæ sunt hæ literæ. P.M.TR.P.XII.IMP. VIII. COS. V. P. P. Nummum hunc max. ex ære Romæ apud Joann. Metellum uidimus.

In una parte.

15. Commodus ad sinistram intentis oculis, laurea coronatus, thoraceq; ac paludamento indutus, cum pleniß. Inscriptione. M. COMMODVS ANTONINVS PIVS FELIX AVG. BRIT.

In altera.

Pacis simulachrum agnoui, ad dextram conuersæ, rostrum nauis pede dextro conculcantis, dextera caduceum, sinistra geminum cornucopiæ tenentis, Epigraphe est hæc. AVG. FELI. P.M.TR. P. XIII. IMP. VIII. COS. V. P.P. Largißimus e hic æreus nummus, inter Antiquitates Patriarchæ Grimaj Veneti, Venetijs.

In una parte.

16. Commodus et Martia contigui impressi sunt Anaglyphicè. Anterior Commodus laureatus, læua faciè, thoracatus, aè paludatus, aduerso dorso. Martia Mineruæ similis, galea crestata exornata, clypeo atq3 Ægide munita, toto pectore aduerso conspicua, læuo item uultu. Inscriptio est hæc. L. AVR. CAESAR COMMODVS AVGVST.

In altera.

1576.

In alia parte.

Martis Commodus sub typo expreßus, nudus stat in dextro nummi angulo, galea cristata, hasta, aè paralonio tutus, læuo pede suppositum calcans globũ. Ad dextrum pedem proximè humi est thorax. Ex contrario angulo, columnæ altæ Victoria insistit palmifera, Imp. lauream offerens. Post columnã quadrangulam humi posita uidentur spolia, ex hostibꝰ relata, clypeus, hasta, ensis, galea, & ea genus plura. Inscriptio. PONT. M. TR. P. .... IMP. VII. Hic nummꝰ largißimus apud Petrum Rames Hispanum Venetijs à me conspectus est, ex ære.

In una parte.

17. Commodus ad læuam intuens, laureatus, toto pectore nudo, uerum lata fascia uarij artificij, & Medusæ capite insignitus, cum adscriptione. M. COMMODVS ANTONINVS PIVS FELIX AVG. BRIT.

In altera.

Triumphus adumbratus est. Nam Imp. quadriga præteruehitur, sinistra uia, trabeatus, dextra lauri ramulum, sinistra sceptrum Aquilatum ostentans. Inscriptio. P. M. TR. P. XI. IMP. VII. Ima parte legitur. COS. V. P. P. Hic amplißimus est nummus ex ære, apud Patricarcham Grimanum Venetum, uidendus.

In una parte.

18. Commodus habetur laureatus, facie læua, thorace, aè paludamento indutus, aduerso pectore. Inscriptio. M. COMMODVS ANTONINVS PIVS FELIX AVG. BRIT.

In altera.

Roma
S. F.

Roma sedet in armor congerie, galea cristata munita, dextra in Panoplia summo margine innitente, sinistra paraZonium in genu sinistro tenet: quo loco et Trophaeum est erectum, è galea, ac thorace. Ab huius tergo Victoria stat, à qua clypeum ad humeros usq; eleuatum, intuetur. Inscriptio. P.M.TR. P.XI. COS.V.P.P. Inferiùs. VIRTVS AVG. Ampliß. hic nummus æreus ab Amerigo Americi Bononien. Venetijs nobis commonstratus fuit.

In una parte.

19. Commodus, Herculi similis adparet, dextro ore, laureatq; obuerso dorso, ob huius os acies teli aßurgit acuta, humero dextro leonis immanis Spolium est reiectum, uillosum puta caput, exanimè, priores q; pedes, læuq humerus clypeum magnum obduxit: uirtutè Imp. notatum: qui ex equo armatus, ac paludatus in Circo maximo congredi audet, telum dextra uibrãs, læua clypeum quatiens, canibus adiutus. Indicis duob. cum leonibus, quorum alterum ferro per gulã contorto, procumbentem, uiricum impotentem præterijt, alterũ in se irruentem destinata plaga, cautè confodit. Circumscriptio. M. ANTONINVS COMMODVS P.F.AVG.

In altera.

Amphitheatrum, circulari forma, ampliß imum spectatur. Cuius in planicie Commodus uiricum suaz exhibet populo certum exemplar. Nam laur. thoracatus, paludatusq;, forti dextra telum habens, læua clypeum quaßans, immani feritatè leonem, callida sagacitatè, dum in uindictæ cupidus, rictum latè aperit,

aperit, in gulam adacto ferro, enecat, prosternitq3,
tanti roboris uir, ut cuius canem auxiliarem
uastissimum, fera primo statim impetu morsi-
cus̃ discerpsit, nec Comitis auxilio destitutq3 Imp.
pugna cedit, donec præda, victoriaq3 potitur.
Inscriptio nulla adsita. Summum hunc
æneum permagnum, laudabilissimumq3 uidi apud
D. Iulium Romanum Mantuæ.

commodi.

1529.

Commodi Argentea. p. n. 28

In una parte.

1. Commodus habetur laureatus, læuo obtutu, thoracem aĉ paludamentum indutus, cum adiuncto eius nõĉ. M. COMMODVS ANTONINVS AVG. P. M.

In altera.

Trophæo copioso, Cui cui appensæ sunt multæ armaturæ, galea, sagum militare, clypei, tela, peltæ decußatæ, paludamentumq;) in pedẽ aßident inscutis captiui, sublapsis in terram vultibus, manifestè satis animi paßiones, gestibus tristantium, exprimentes. Inscriptio, Superiori annectenda. TR. P. XIII. IMP. II. COS. II. P. P. Nummum hunc argenteum nos Romæ uidimus in Musæo D. Antonii Augustini.

In una parte.

2. Commodus effigiatur laurea candidatus, sinistro aspectu, nudo collo, conuerso. Inscriptio. M. COMM. ANTONINVS AVG.

In altera.

Annona Dea tunicata, patagiata, C media constituta inter Congium rẽ frumentaria oppletum, nauemq;) onerariam) dextra Præmiatricem tenet Victoriã, læua Cornucopiæ. Infrà. ANN. Circumì. P. M. TR. P. X.. IMP. VII. COS. III. P. P. Argentũ hunc nummum domi meæ seruo.

In una

In una parte.

3. Commodus occurrit, laurea candidatus, sinistro obtutu, barbatus, cum nominis Epigraphe. M. COMM. ANTONINVS AVG.

In altera.

Fortuna in sella sedet eburnea, iam quietior, tunicata, patagiata, dextra clauum gubernaculi, læua cornucopiæ tenens. infrà. FOR. RED. circumì. P.M.TR.P.XIII. IMP.VIII. COS.V.P.P. Nummum hunc argenteum Romæ apud D. Achillem Maphæum memini me uidisse.

In una parte.

4. Commodus prodit laureatus, læua facie, nudato collo, barbatus, cum nõis Epigraphe. M. COMMODVS ANT. P.FELIX AVG.

In altera.

Iuppiter seminudus in sella sedens, dextra Victoriam præmiatricem porrigens, læua summam hastam tenens. Circumscriptio. P.M.TR.P.XI. IMP. . . . COS.V. P.P. Nummum hunc argenteum memini me uidisse aliquando Romæ apud D. Achill. Maphæum.

In una parte.

5. Commodus uidetur laurea ornatus, sinistra facie, nudato collo. Inscriptio. M. COMMOD. ANTONIN. P. FEL. AVG. BRIT.

In altera.

Aeternitas repræsentata, tunicam induta, ac patagiũ, dextra Phœnicem unicam auem commonstrat, læua ad lumbum demissa, in solio sedens, ad dextrã inclinatior,

Circumscriptum. AETERNITAS. Argenteum eũ numũ Mantuæ apud Julium Romanum uidisse mẽ recordor.

In una parte.

6. Commodus uidetur laureatus, læuo oreˊ, nudato collo, obuerso nonnihil, imberbis adhuc. Inscriptio. IMP. CAES. L. AEL. AVREL. COMM. ANT. AVG.

In altera.

Roma galeata, pubeˊ tenus nuda, dextra Victoriam porrigit laureæ donatricem, læua summa adpreˊhendens hastam, in eburnea sedens sella, ad dextraˊ uertit oculos. Circumscriptio. TR. P. M. COS. P. P. Numnũ hunc argenteum, nisi fallor, conspicatus sum Mantuæ apud Julium Romanum.

In una parte.

7. Commodus depingitur laurea redimitus, sinistrosumˆ obtuens, aperto, obuersoq; modiceˊ collo. Inscriptio. M. COMMODVS ANT. P. FELIX AVG. BRIT.

In altera.

Hilaritas representata, bis cincta, stolata, capillo partimˆ fascia ad calcariem reuincto, partimˆ per collum prominulo, dextra lauri ramum præfert, læua ingentem palmam ueluti humi defigit. Circũscriptio. HILARITAS. P. M. TR. P. X. COS. V. Numum hunc argenteum Mantuæ habet Julius Romanus.

In una parte.

8. Commodus inornatus, læua faciesˆ imberbis adhuc, nudato collo, modiceˊ obuerso. Inscriptio. L. AEL. AVREL. COMM. ANT. AVG.

In altera.

Ara

1582.

Ara quadrangula, in cuius fronte anteriori legitur, uelut in tabula monumentum tale. FORT. REDVCI. Circum. PRINCIPI IVVENTVTIS. Nummus hic argenteus à me uisus est Mantuae apud quend. Aurifabrum.

In una parte.

9. Commodus habetur, laeua facie, laurea donatus, collo nudato, obuerso nonnihil, cum nois commendatione. M. COMMODVS ANTONINVS AVG. BRIT.

In altera.

Prouincia, (cuius nomen ex Inscriptione colligi nequit) tutulata, tunicam, pateigiumq; induta, dextra insignem cetram, laurea sculptam, ac margaritis, commonstrat, sinistra labarum. Circum. P.M. TR.P.... IMP.... COS.... P.P. Nummum hunc argenteum Mantuae uidi apud Iul. Romanum.

In una parte.

10. Commodus uidetur, laurea ornatus, sinistra facie, denudato collo, modice obuerso. Inscriptio. M. COMMODVS ANT.AVG. P. FEL. BRIT.

In altera.

Iuppiter conuersus, palliolo aduergum defluente, partim in laeuum circumiecto brachium, dextra fulmen tenet, laeua summam hastam, pedi dextro uicina habet Aquilam ministram, alas explicantem. Circumscriptio. IOVI VEN. P.M.TR.P. XIIII. COS.V. DES. VI. Nummum hunc argenteum Mantuae apud Iulium Romanum sum conspicatus.

In una parte.

Commodus.

11. Commodus depingitur laurea coronatus, sinistro ore', barba prima malas tegente, nudato collo, obuersoq3. Inscriptio. M. COMMODVS ANTONINVS AVG.

In altera.

Victoria thoracem tenus nuda, tunicata, patagiata, in sella sedens: dextra, quo oculos obuertit, patinam porrigit, laeua palmae ramum portat. Inscriptio. TR. P. III. IMP. II. COS. II. P. P. Nummum hunc argenteum apud Iulium Romanum Mantuae sem conspicatus.

In una parte.

12. Commodus effigiatur laureo ornatus serto, laeua facie, aperto collo. obuerso nonnihil. cum nois Epigraphe. M. COMM. ANT. P. FEL. AVG.

In altera.

Roma Victrix, tunica aurea, patagio Attalico ornata, in subiecto sedens clypeo, galeata, dextra Victoriam, lauream ea ambabus porrigit, tenens, laeua summam hastam. Inscriptio. TR. P. VI. IMP. III. COS. V. P. P. Nummum hunc argenteum Mantuae apud Iulium Romanum uidi.

In una parte.

13. Commodus habetur laurea coronatus, sinistro uultu, barbatus, aperto collo, modice conuerso. Inscriptio. M. COMMODVS ANTONINVS P. FELIX AVG.

In altera.

Congius paulatim in summum os gracilescens, spicis atq3 papauere refertus est. Circumscriptio. P. M. TR. P. VIIII. IMP. VI. COS. III. P. P. Argteum hunc numu Romae apud D. Achill. Maphaeum sum conspicatus.

In una.

In una parte.

14. Commodus depingitur, laurea ornatus, facie sinistra, collo obuerso, apertoq3, cum nominis Epigraphe. M. COMMODVS ANT. P. FELIX AVG. BRIT.

In altera.

Imp. in sella sedet curuli, Attalico tapete strata, tunica palmata, togaq3 picta indutus, dextra globum late protendens, contracta sinistra scheadam tenens. Inscriptio. TR. POT. X. COS. V. P. P. Nummu hunc argenteum Romae nobis commonstrabat D. Achilles Maphaeus.

In una parte.

15. Commodus effigiatur laureatus, laeua facie, denudato collo, conuerso nonnihil, barbatus, cum nois titulo. M. COMMOD. ANT. P. FEL. AVG. BRIT.

In altera.

Iuppiter in sella sedens eburnea, ad pubem nudato corpore, nisi quod modici limbi palliu in dextra laeuumq3 brachia circumuoluantur. Dextra Victoriolam praemiatricem porrigit, laeua hasta summa adprehendit. Inscriptio. P. M. TR. P. XI. IMP XII. COS. V. P. P. Nummum hunc argenteu Romae apud D. Achillem Maphaeum uidi.

In una parte.

16. Commodus uidetur, laurea insignis, sinistro ore, nudato collo, nonnihil obuerso, cum nominis Elogio. M. COMMOD. ANT. P. FEL. AVG. GERM. SARM.

In altera.

Annona tunicam, ac pallium induta, ad dextram

conuerso

conuerso ore, dimißa dextra manipulum papaueris, ac spicarum in ara tenet, cuius mensa fruges resperas habet, læua hastam summam habet. Circūscriptio. ANNONA AVGVSTI. Nummum hunc argenteū uidi Mantuæ apud Iulium Romanum.

In una parte.

17. Commodus habetur laureatus, læuo obtutu, thoracato, paludatus, contrario ad nos dorso. Inscriptio. M. COMMODVS ANTONINVS P. FELIX AVG.

In altera.

Minerua in media naui stans, galeata, Aegide munita, ac scuto ante pedes obiecto, uibratum altè telum dextra, in occursurum hostem iaculatura uidetur, ad sinistram partem: Circūscriptio. P.M.TR.P.II. IMP.VI. COS. III. P.P. Argenteū cum nummū Romæ apud D. Achill. Maph. conspexi.

In una parte.

18. Commodus conspicitur, laurea corona ornatus, sinistro obtutu, detecto, obuersoq; collo. Inscriptio. L. AEL. AVREL. COMM. AVG. P. FEL.

In altera.

Congius summo, intoq; sui æquali capacitate, spicis ac papauere plenus. Circumscriptio. P.M.TR.P.VIII. IMP.X. COS. II. P.P. Argenteum hunc nummū Mantuæ uidi apud Iulium Romanum.

In una parte.

19. Commodus occurrit laurea coronatus, læuo uultu, collo nudato, nonnihil obuerso, cum nominis Encomio. IMP. CAES. L. AEL. AVREL. COMM. ANT. AVG.

In altera.

In altera.

Roma galeata, tunica bis cincta breuiore induta, ita tamen, ut dextra papilla pateat, ocreata, dextra Victoriam præmiatricem, lauream Victrici offerentem, tenet, læua summam hastam. Circum. cos. II. P.P. Nummus hic argenteus Mantuæ apud ~~apud~~ Iul. Romanum è deleneatus.

In una parte.

20. Commodus habetur laureatus, læuo obtutu, aperto collo, obuersoq3, cum nominis Epigraphe. M. AEL. AVREL. COMM. AVG. P. FELIX.

In altera.

Victoria sinistrorsum incedit, uolitante uestę, dextra palmæ ~~palm~~ ramum, læua laurea porrigens, Circumscriptio. VICTORIA AVGVSTI. Nummum hunc argenteum uidi Lugduni apud Abbat. Diui Irenei.

In una parte.

21. Commodus adest laureo ornatus serto, facie sinistra, detecto collo, cum inscriptione. M. AVREL. COMMODVS AVG.

In altera.

Nobilitas repræsentata, intuenti aduersa stat, (nisi quod sinistrorsum prospectet,) tutelata illa quidem, cycladem, tunicamq3 indutа, manu dextra summa, hastam, læua aut prætensa Palladium habens. Nobilitatem inscriptio appellare uidetur. Nam illa tale habet exordium. NOBILI. AVG. P.M. TR. P. III. IMP. VIII. COS. V. P.P. Nummum argenteum istum Romæ nos conspeximus apud D. Anton. Augustinum.

In una.

In una parte.

22. Commodus effigiatur Laureatus, læua facie, detecto collo, nonnihil obuerso, cum nominis Epigraphe. M. COMMODVS ANTONIN. AVG.

In altera.

Minerua galeata, Aegide munita, uolitante tunica, sinistrorsum occurrit, sublato dextra manu telo, clypeoq3, quod læuo brachio gerit, contra ictus obiecto, ueluti cum occursuro hoste certatura. Inscriptio. TR. P. VIII. IMP. VI. COS. III. P. P. Nummum hunc argenteum uidi Romæ apud D. Achill. Maphæum.

In una parte.

23. Commodus uidetur Laureatus, læua facie, barbatus, apto collo, ac obuerso. Inscriptio. L. AEL. AVREL. COMM. AVG. P. FEL.

In altera.

Aequitas stat, tutulo, tunica, palagioq3 insignis, dextra æquilibram tenet, læua Cornucopiæ. Circũscriptio. TR. P. VI. IMP. III. COS. III. P. P. Argenteũ eũ nummum Mantuæ uidi apud Julium Romanum.

In una parte.

24. Commodus uidetur Laureatus, læuo obtutu, denudato collo, cum nominis Inscriptione. M. COMMODVS AVG. GERM. SARM.

In altera.

Annona Dea stat, tunicam, palagiemq3 induta, una teßeram attollens in sublimẽ, altera in latere contracta, Cornucopiæ tenens. Circumscriptio. LIBERALITAS AVG. COS. VI. Nummũ hunc argenteũ uidi Romæ apud D. Achillem Maphæum.

In una.

In una parte.

25. Commodus uidetur laureatus, læuo facie, aperto capite, & collo nonnihil obuerso. Inscriptio. M. COMM. ANTONINVS AVG.

In altera.

Signa religionis quatuor eo ordine posita erant, ut simpullum primo, asperguleum secundo, Trulla tertio, lituus ultimo loco, starent. Suprà. AVGVR. Infrà. TRI. POT. Argenteum eum nummum Augustæ Vindelicor. apud D. Joëm Jacobum Fuccherum uidi.

In una parte.

26. Commodus depingitur laurea candidatus, læuo ore, aduerso collo, denudato. Inscriptio. M. COMMOD. ANT. P. FEL. AVG. BRIT.

In altera.

Fortuna tunicam induta, ac patagium, in sella sedens eburnea, dextra temonem in globo impositu tenet, læua cornucopiæ. Infrà. FOR. RED. Circumscriptio. P. M. TR. P. XI. IMP. VII. COS. V. P. P. Argenteum hunc nummum Romæ apud D. Achill. Maphæum delineauimus.

Commodi

1539.

Commod. Aurei.

In una parte.

1. Commodus occurrit laureatus, sæuo obtutu, aduerso collo, denudatoq̃, cum nominis Encomio. M. AEL. AVREL. COMM. AVG. P. FEL.

In altera.

Iuppiter seminudus adparet, dextra manu porrecta, à tergo Imp. laureati, togati, una globum tenentis, altera sceptrum, astans, uelut ampledititur socium, cui par in terris maiestas, qualé ipsé in superis enitescit, concredita sit. Inscriptio. I. O. M. SPONSOR. SE. . . . Numnũ hunc aureum memini mé uidisse Romæ apud D. Achillem Maphæum.

Commodi

Commodi Græca. 1540.

In una parte.

1. Commodus habetur, laurea insignitus, læuo obtutu, thoracem ac paludamentum indutus, aduerso dorso, dū nōis Epigraphe. ΑΥΤ. ΚΑΙ. Μ. ΑΥΡ. ΚΟΜΜΟΔΟC.

In altera.

Iuppiter togatus, manu dextra pretensa Aquilam ministram, ad se subuolare nitentem, sinistra nodosā hastam tenens, humero in contemplantem ac latere dextris aduersis, è regione sui collocatam Dianā, ueluti affatur. Dea in inspicientem aduersa est, in cuius uertice Ephesi, Cubi coleretur, undeq; nomen amplecteret) typus impressus, castri, propugnaculiq; forma, sertis inde propendulis in humeros gemmeis ornata, pectore mammoso, expansis manib. apertisq; cuius infimam partem corporis in terminū paulatim decrescentem gemini cerui, utrinq; constituti, custodiunt, sublatis in numen faucibus, cuius utrinq; è brachio colligatum strophium deorsum obagitatur, uentilante aere. Inscriptio. ΑΔΟΛΙΚΕΩΝ — ΕΦΕCΙΩΝ. Subscriptio, facti conscia, rem denotat. ΟΜΟΝΟΙΑ. Aeream hanc parmam pregrandem Romae possidet D. Achilles Maphæus.

In una parte.

2. Commodus iuuenis adhuc impressus est, ad sinistram intuens, sine ulla capitis elegantia, cui ad gulam incusum est Monetarij signum, pectore aperto, nisi quòd

Paludamenti

Paludamenti lacinia læuo humero iniecta adpareat. Inscriptio talis est. ΑΥΤΚ. ΑΗ. ΚΟΜΜΟΔΟC. ΚΑΙCΑΡ.

In altera.

Iuppiter seminudus, in sinistra sedet nummi parte' in solio, sinistra subalutiore' hastam adprehendens, dextra aram uersus demißa apertaq', in qua Iouī sacrum facit Imp. Commodus in sinistris expreßus, Cpatinam libatoriam tenens in ara, sinistra libellum) togatus: quasi cum Iouī colloquens. Subscriptio. ΝΙΚΑΙΕΩΝ. Hunc grandem nummū habet Sebastianus Erizus Venetus, ex aere.

In una parte.

3. Commodus et Martia contiqui impreßi sunt. Commodꝰ iuuenili aspectu, irradiatus, paludamento, ac thorace armatus, Martia uelata, capillo cincinnatim ad collum annodato. Sub Diana typo expreßa, nam ad humerum læuum cornu Lunæ adparet. Inscriptionem hanc habē. ΑΥΤ. ΚΑΙC. ... ΔΟΜ ΜΟΔΟC.

In altera.

Iuppiter Commodum refert, in sella sedens, læua è collo post tergum in femora, ac pedes deniq' reclinata, ad dextram intuens, dextra manu Victoriā palmiferā, Lauream sibi offerentem habens, sinistra hastam. Ad eius pedes Aram collocatam uidere est, cum superimposito sympulo. Inscriptionis particula hæc est..... ΚΑΕΣ..... reliquā erodit Vetustas. Apud D. Aloysium Manlium Romanum æreus hic habetur nummus, amplitudine spectabili.

In una parte.

Commodus

1542.

4. Commodus expreßus est barbatus, lauro candidatus, tecto pectore, cum Inscriptione. M. KO. MOA . . . &*
Cum nummum mihi familiaris meus D. Achilles Statheus nobilis Romanus ut plurcis alios, æreum, paruum, delineandum dedit, uidendumq; Romæ.

In altera.

Æsculapius adparet, stans, ad dextram uersus, dextra baculo, qui Serpente obuolutus est, innitens, humero dextro, & parte pectoris detectis, læuo humero (detorta ad tergum sinistra manu, ut uideri nequeat) coopto parte penulæ, quæ circum lumbos, per umbilicum ad imos ferè pedes dependet, cum tali Inscriptione. TETPAMHNΩN. &!.

In una parte.

5. Commodus est effigiatus, læuo uultu, laurea coronatq, aperto collo, togæ summa lacinia in sinistrum reiecta humerum opertus. Inscriptio præfracta è. M. AYP. ANT. . . . . KOMMOΔOC . . . .

In altera.

Diana Venatrix uolitante habitu, cornua cerui abrumpit, quem impreßo in eius tergo genu fortiter subiecit. Sinistrorsum autem Dea intuetur. Inscriptionis fragmenta sunt . . . . . ΩN. B. Subscriptum. NEOK. Nummum istum æreum magnum mihi uidere contigit apud D. Anton. Augustinum Romæ.

In una parte.

6. Commodus Ephæbus effigiatus est, læuo obtutu, laureatus, thoracem, ac paludamentū indutus, aduerso dorso, cum nudis Epigraphe. AYT. KAIC. KOMMOΔ. ANTΩNINOC.

In altera.

S. G.

In altera.

Nauis bellica dextro mari fertur, ab remigibus remigio intentis impulsa, cuius puppim gemina signa in lateribus suffixa decorant. Supra nauim templa duo, aduersa intuentibus, singula octopyla, conspiciuntur, acuminatis fastigijs. Inscriptio. NIKOMHΔEΩN. ΔIC NEΩKOPΩN. Nummum istum aeneū amplū satis, inter meas Antiquitates Seruo.

In una parte.

7. Commodus obuius est, laureatus, laeua facie, thorace āc paludamento indutus, aduerso dorso, cum Inscriptionis tantummodò tribus syllabis seruatis.....

ΑΥΡΗ..... OC.

In altera.

Diana Venatrix sinistrorsum pretenitura stat, flammeo tenui per pectus semicirculari forma in tergum defluente, uolitanteq; tunica, appensam gerit humeris pharetram, dextra manu, quantum potuit, demissa, sagittam habens, laeuam manum ceruino uertici imponit, quem spicis geminis, papauereq; adornat. Bellica autem ueluti Deae gratificando, hirquis intuetur illam. In parte dextra Inscriptionis fructum est... ЄΡЄϘΔΩNOC. In sinistra.... NΩ. Nummum hunc grandem Romae apud D. Antonium Augustinum ex aere conspeximus.

In una parte.

8. Commodus iuuenis adhuc, aperto capite, aduerso pectore, pretextae lacinia in humerū laeuū iniecta opertus tm, cum nōis adscriptione..... KOMMOΔOC. KAIC.

In altera.

1544.

In altera.

Æsculapius dextro uultu, alioquin aduersus, seminudus, dextra manu nodosum baculum tenet, humi desidens, serpente bis, terue obuolutum, sinistra ad dorsum abdita. Inscriptio. ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ. Nummum hunc æneum habet Romæ D. Alexander Caruing, sic satis magnum.

In una parte.

9. Commodus effigiatur laureatus, læuo obtutu oris, thoracatus, paludatus, aduerso ad nos dorso, cum nomis Epigraphe. ΑΥΤ. Κ. Μ. ΑΥΡ. ΚΟΜΜΟΔΟΣ . . . .

In altera.

Mars nudus ferè, strophio circum lumbos præcinctus strictiori, ad læuam uiam pergit, una manu tenens hastam transuersam, altera Trophæum gestans. Litterarum notæ adparent. S. P. Q. Nummum hunc æneum magnum uidi apud Hannibalem Sanctarium Veronensem.

In una parte.

10. Commodus læua facie occurrit, inornatus, obuerso dorso, denudato, cum nomis Epigraphe. Μ. ΑΥΡΗΛ. ΚΟΜΜΟΔΟC ΑΝΤΩΝΕΙΝΟC CΕΒΑCΤΟC.

In altera.

Æsculapius ad pubem nudus, baculo nodoso serpente inuoluto, axillæ dextræ subiecto innititur, quem medium manu firmat dimissa, læua ad dorsum abdita. Inscriptio. ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ. Nummum hunc æneum magn Mantuæ apud Iulium Roman. conspexi.

In una parte.

Commodus

11. Commodus adparet laureatus, læuo aspectu, imberbis adhuc, denudato collo, aduerso modice. Inscriptio. M. AYPHN. KOMMODOC ANTONEINOC CEB.

In altera.

Equi pernices, sublatis anteriorib⁹ unguliis, sinistrorsũ subuolantis pars media, ita ut nihil nisi caput, utrag⁹ medius delineata sunt, cum literis aliquot, obscuris. NAMYETOM. (Nummum æ̃ æneũ mãgm nobis Romæ ostendit Annibal Santa Sanius Veronensis.

In una parte.

12. Commodus habetur lauro coronatus, læuæ facie; thoracatus, paludatus, aduerso dorso, cum nõis memoria. AYT. K. M. AYP. ANTONIN. KOMMODOC CEB.

In altera.

Arcus Triumphalis ternis exstructus fornicibus, summo cuius fastigio Victoria, quadriga uecta, adparet, manu dextra lauream attollens. Inscriptionis lrĩæ aliquot sunt. Ç M Ç O K. Nummũ hunc æreũ mediocrem Romæ habet D. Achilles Maphæus.

In una parte.

13. Commodus procedit lauro redimitus, læuo uultu, thoracẽ, ac paludamento indutus, aduerso dorso, cum græca Epigraphe. A. K. M. A. KOMMODOC. . . . . .

In altera.

Basi utrinq⁹ subductæ, quadrangulæ, scopulus in acumen paulatim decrescens impositus est. Inscriptio maiori ex parte intercidit. NHTE. . . . . KNIC. . . . Nummũ hunc æreũ, mediocri amplitudine Romæ apud D. Anton. Augustin. conspeximꝰ.

In una.

In uera parte.

14. Commodus cernitur barbatus, laurea decorus, læuo aspectu, thoracatus, paludatus, aduerso dorso, cū inscriptione nōis. IMP. C. M. AV. COM. AVG.

In altera.

Diana Capitolina uittata, tunicata, patagiata, stat aduersa contemplanti, dextra summam facē accesam tenens, læua papauer demissa. Ā Deæ lateribus literæ sunt. LC—IE. Inscriptio. CEBACTHNWN CYP. Nummum istum æneū mediocri amplitudine apud mē habeo.

In uera parte.

15. Commodus habetur laureatus, læua facē, apto collo, cum nōis Epigraphē. AYTO. KAIC. AY. KOMMODOC.

In altera.

Iuppiter descensor, seu prodigialis, in sella sedens seminudus, femoribus cruribusq; obiecto duntaxat tegens pallio, dextra fulmen, aeluti eiaculaturus, tenet, læua summa hastam apprehendit. Inscriptionis particulam tibi damus. ΔIOC KAIE... Inferius erat. Λ. Nummum hunc æneū mediocrem mihi asseruo.

In uera parte.

16. Commodus effigiatur aperto capite, thoracatus, paludatq; conuerso ad nos dorso. cum nōis Epigraphē. AYTO. KOMMODOC KAIEAP.

In altera.

Diana Ephesia reperitur, ad intuentem conuersa ex diametro, capitulum capite gerens, cuius ansæ in humeros Deæ innituntur) mammoso pectore, ambabus

aperte

apertis manibus, queis bacilli nodosi suppositi sunt. Deæ utrumq; latus cerui custodiunt. Inscriptio. ΑΡΤΕΜΙC ΕΦΕCΙΩΝ. Nummum hunc æneum mediocrē vidi Lugduni apud D. Guliel mum Saulcium.

In uerso parte.

17. Commodus laureatus, ad sinistram obtuens uidetur, thoracē & paludamento indutus, cum adscriptione sui nominis. ΑΥ. ΚΑΙ. Λ. ΑΥΡΗ. ΚΟΜΜΟΔΟC.

In altera.

Apollo conspicitur, sinistro callē excurrens, nudus, tenui tamen uelamento post tergum euolitante, ad pectus illigato, arcu armatus, attractoq; fortiter nerue eiaculaturo similis, cum inscriptione. ΑΥΤΟΥ ΑΕΤΟΥ ΑΔΡΙΑΝΟΠΟΛ. Hunc nummū æreū, mediæ amplitudinē habet in bonis Sebastianus Erizus Venetus.

In uerso parte.

18. Commodus prodit laureatus, sinistra facie, apto collo, Inscriptio. Α. Κ. Μ. ΑΥ. ΚΟ.. ΑΝΤΩΝΙΝ.

In altera.

Statua uirilis nuda stat, aduersa intuentibus, dextra manu quadratum nescio quid, idq; cubicum, uertici imponens, sinistra uerò magnum palmæ ramum ab humo erectum tenens. Inscriptio. ΝΙΚΑΙΕΩΝ. ΔΙC ΝΕΟΚΟΡΩΝ. Apud Petrum Rames Hispan. æreus hic nummus mediocris seruatur Venetijs.

In uerso parte.

19. Commodus iunior adhuc, thoracē, ac paludamento indutus, cum nomine græcè adscripto conspicitur.

. . . . . .

In altera.

1548.

In altera.

Castor et Pollux contẽgui, galerati, laureatiq;, sinistris
vestibus, palliati adsparent, necnon duæ stellæ verticib.
eorum affixæ. Inscriptio semęsa est . . . . . .
ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΟC. Hunc nummũ æreũ mediocrem
D. Rinaldus Odo Venetus nobis commonstrauit.

In una parte.

20. Commodus adsparet laureatus, læua facie, aperto collo,
cum adscripto nomine. M. AVRHLIOC KOMMODOC.

In altera.

Corona laurea, in qua legitur tale monumentum. ΘΕΑC
CVRIAC ΙΕΡΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. A. Nummum hunc medi-
ocrem ex ære domi habemus.

Græca
S. G. iiij.

Græca Nariora

In una parte.

1. Commodus iuuenis adhuc, læuo aspectu, laureatus, thorace paludamentoq; munitus, dorso aduerso, cum nomis titulo. AY. KAI. M. AYPH. KOMWΔOC.

In altera.

Iuppiter in dextra parte stat, una uestis parte in læuum humerum reiecta, altera lumbis, femoribusq; obiecta, ut in læuum brachium complicata, dextra pietatem stolatam, ambas manus extendentem, sinistra hastile tenens. Ex aduerso Hercules iunior adhuc, circumiecta dextro brachio leonis pelle, dextra manu Dianam Ephæsinam, cuius utraq; manu nodosis bacillis innititur, habet, sinistra aut succensam facem. Huius prope pedem dextrum, humi bos procumbit ad aram uittatam, medio inter utrumq; interuallo, positam. Circumscriptio uitio tamì longi temporis corrupta est . . . ICTEΠAPΠIOY. KOINON. OMONOIA. Infrascriptum. ΠEPTAMHNΩN. EΦECIΩN. Hunc amplissimum nummio æreum, elegantissimum D. Rinaldus Odo Venetus nobis ostendit Venetijs.

In una parte.

2. Commodus uidetur, ad læuam obtuens, laureatus, paludatus, ac thorace munitus, cum Inscriptione non tota. AYT. KAI. N. AYPIA. A. . . .

In altera.

Hercules rupi insidet, Commodum typice referēs, nudq;

Cadsemuer

Cadentem cuius sinistrum claua perpendiculariter posita adparet, unà cum extensa pelle leonis,) ad Martia, quam palla circa lumbos comprehendit, intentus. Eà nimirum sub Veneris specie cognoscitur Cùm ei addítus sit alatus (cupido) nuda, praterqs quòd post tergum palla per renes, ad femina cooperiunda in talos descendit, ac ab humero sæuo circa cubitum circumuoluitur, ad commodum conuersa facie. A dextris puer, blanditiis modo, maternæ pallæ laciniam apprehendit, circa femen. Inscriptionis ea pars tibi dabitur . . . . . OY NEPINON. Infrà. NEOKOPΩN. Asqs nummus maximus est æreus, apud Musas D. Achillis Maphei Romani.

In una parte.

3. Commodus apertis capite collosq, sacra facie depingitur, togæ duntaxat lacinia sæuo humero iniecta tectus, cum nominis titulo graco. AYT. K.M. AYP. KOMMODOC ANTΩNINOC.

In altera.

Bacchanaliorum spectaculum est exhibitum. Bacchs enim hedera redimitus, biga à Tygribus dextorsum lentè ducitur, nudus, manu dextra amphoram inuertens, sinistra thyrsum habens summu. Bellua rector est, post illos Silenus pampinea coronatus corona, stimulum sinistra habens, adigendis animantibus. Pompam præit Baccha succincta, canistrum frugibus refertum capite gestans. Superscriptio ita habet. NEOKOPΩN. Subscriptio autem. KYZIKHNΩN. Nummu perqs elegantem ex ære Scythio, Romæ apud Anton. Augustin. uidimus, maximu.

In una.

In una parte.

4. Commodus occurrit laureatus, læua facie, thorace ac paludamento indutus, aduertens ad intuentē dorsū. Ad cuius ambos humeros humanæ effigies aliæ muliebres impreßæ cernuntur, illæ tamen exiguæ. Inscriptionis anterior pars, maior interijt . . . . . ΑΥΡΗ. ΚΟΜΜΟΔΟC.

In altera.

Vulcanus in dextra parte sedens, pileatus, tunicatus, dextro humero brachioq; laboris causa nudēs, Mineruæ ex opposito stantis, hastatæ, clypeamq; demißa læua tenentis, cristatam galeam, columnæ longæ superimpositam malleo percutit, ac fabricat, claudicantem aut læuum pedem basi columnæ imponit, quietis ergo. Inscriptio mutila est. ΕΠΙCΤΡΑΤ. Γ . . . . . ΚΑΠΠΑ . . . . Inferiori loco subiectum. ΟΥΑΡΚΥΡΗΝΩΝ. Hunc nummū latiß. æneum Romæ apud Stephanum Bubalum vidi.

In una parte.

5. Commodus sese ostentat, ad læuam regionem acie oculorum inflexa, laurea donatus, thorace, paludamentoq; amictus. cum Inscriptione. ΑΥΤ. ΚΑΙ. Μ. ΚΟΜΜΟΔΟC ΑΝΤΩΝΙΝ.

In altera.

Hercules Commodum refert, ad dextrā respectans, nudus, leoninis exuuijs tectus: quaz una pars in læuum brachiū è tergo circumplicatū dependet, dextera manu clauæ humi defixæ innitente. Inscriptio. ΑΠΟΛ . . . . . ΤΩΝ. Hic nummq maximq, æreus apud Sebast. Erizum Venetum reperitur.

RISPIN.

CRISPINAE Commod. Uxoris, Nummis: & primum Aeneis.

In una parte.

1. Crispina effigiatur, laeuo obtutu, elegantèr compta, reticulo aureo ornata, tunicata, patagiata, cū nois Epigraphe. CRISPINA AVGVSTA.

In altera.

Diana Lucifera stat, stolam bis cinctam indutа, ad laeuam inclinatior, ambabus manibus facem tenens accensam, lucifeеrunae. Hinc inde. S-C. Circum. DIANA LVCIFERA. Nummum hunc aeneu magm domi meae habeo ostendere.

In una parte.

2. Crispina effigiatur, dextrorsum intuens, capillo elegantèr pexo, ad Synciput in nodum aureum illigato, opto pectore. Inscriptio. CRISPINA AVGVSTA.

In altera.

Juno tunicata, patagiata, stans, una manu tenet patinam auream, altera hastam. Ante eam est Pauo. Inscriptio. IVNO AVG. infrà. S.C. Hunc nummu aeneu magm uidi Lugduni apud D. Guliel. Caulium.

In una parte

3. Crispina effigiatur, laeua facie, peruenusta, capillo calamistrato, in syncipite ad nodum aureum reuincto, tunicata, patagiata, cum nominis Epigraphe. CRISPINA AVGVSTA.

In altera

Laetitia

Lætitia repræsentata est, tunicata, patagiata, una manu tenens coronam rosaceam, altera clauum inglobo suprapositum. Inscriptio. LAETITIA. Hinc inde. S—C. Nummum hunc æneum mag^m domi meæ commonstrare possum. Similem habet Antonietg Romanus Antiquarius.

In una parte.

4. Crispina pari ornatu, pari forma, decore, cultu, comæ arte summa pexæ elegantia, veste etiam, ut supra. Inscriptio amplior. CRISPINA AVG. IMP. COMMODI AVG.

In altera.

Salus Dea, tunicata, patagiata, in sella sedens eburnea, ad dextram intentior, una manu patinâ tenet, altera in spondam innitens. Inter Deæ pedes ara constituta est, è qua circumplicatus serpens altè se erigit libando fari. Inscriptio. SALVS. intrà. S. C. Nummum hunc æneum magnum domi meæ habeo.

In una parte.

5. Crispina obuia est, decoro vultu ad lævam conuerso, mundo muliebri ornatissima, capillo crispato, cincinnato ad synciput in aureum Orbem collecto, operto pectore, nominis cum titulo. CRISPINA AVGVSTA.

In altera.

Hilaritas tutulata, tunicata, patagiata, ad sinistrâ inclinante vultu, dextra ad Synciput retroiecta, reticulum aureu attingens, sinistra palmâ mediam tenens, quam humi defigere velle videtur. hinc inde. S— C.

S — C. Inscriptio. HILARITAS. Nummum istum æneum mediocrem à nobis, secundè non possunt, requirant Antiquitatum studiosi amatores.

In una parte.

6. Crispina depingitur sinistra facie, nuda, capillo calamistrato, in syncipite ad nodum aureum re-uincto, tunicata, patagiata, Inscriptio. CRISPINA AVGVSTA.

In altera.

Hilaritas repræsentata est, tunicam, ac patagium in-duta, una manu medicam tenens palmam, ante se defixam, altera Cornucopiæ. Circinde. S — C. Circum. HILARITAS. Nummum hunc æneum me-diocrem domi meæ habeo.

In una parte.

7. Crispina uidetur, capillo calamistrato, in nodum reuincto aureum circa Synciput: tunicata, pata-giata, cum nom. elogio. CRISPINA AVGVSTA.

In altera.

Lætitia Dea stat, habitu splendido, una tenens sertum resaceum, altera temonem obuersum Delphio inuolutum. Inscriptio. LAETITIA. Circinde. S — C. Nummum hunc æneum mediocrem domi meæ uidere possunt studiosi.

In una parte.

8. Crispina occurrit ore peruenusto, læuo, capillo cin-cinnato ad Synciput in nodum aureo religato, tunicata, patagiata, cum nominis Epigraphe. CRISPINA AVGVSTA.

In altera.

In altera.

Iuno Regina stat uelato capite, stolata, una manu tenens patinam, altera summam hastam. Ad finistr. S—C. Circum. IVNONI REGINAE. Nummū hūc æneum mediocrem domi meæ habeo.

Argentea

In una parte.

1. Crispina effigiatur læua facie, uenusta sanè, capillo egregiè pexo, in syncipite nodo aureo illigato, cum nudis Epigraphe. CRISPINA AVGVSTA.

In altera.

Lætitia repræsentata est, tunicata, patagiata, una manu medium palmæ ramum, humi antè se defixū tenens, altera Cornucopiæ. Inscriptio. LAETITIA. Nummum hunc argenteum uidi Augustæ Vindelicor apud D. Iodem Iacobum Fuccherum.

In una parte.

2. Crispina effigiatur læua facie, capillo calamistrato, ad synciput retiolo aureo colligato: a pectu cris læuo, tunicata, patagiata, cum nomēnis Commendatione. CRISPINA AVGVSTA.

In altera.

Ara lata exstructa: in cuius angulis flammæ colluceț, Inscriptio. AETERNITAS. Nummū hunc argteum uidi Augustæ Vindelicor apud D. Iodem Iacob. Fuccherum.

In una

1556.

In una parte.

3. Crispina eadem forma, venustate oris, aspectu, colore, vestes, ut suprà. Inscriptio eadem.

In altera.

Venus Dea tunicata, patagiata, stat, una manu globum porrigens, altera velum, quod capite gerit, supra humerum attollens. Inscriptio. VENVS. Nummum hunc argenteum vidi Augustæ Vindelic. apud D. Fœm Jacobum Fuccherum.

In una parte.

4. Crispina pari elegantia oris, ac forma, vestitus luxu, ut suprà: eadem inscriptione honorata.

In altera.

Dextræ simul iunctæ. Inscriptio. CONCORDIA. AVG. Nummum hunc argenteum vidi aliquando in Thesauris D. Fois Jacobi Fuccheri Augustæ Vindelic.

MANTIA, Concubina, Justæ uxoris Loco.

PERTINACIS.

1557.

1558.

PERTINACIS, Aeā

In una parte.

1. Pertinax conspicitur, laurea coronatus, thoracem, ac paludamentum inductus, aduertens ad intuentem dorsum, cum nominis titulo. IMP. CAES. P. HELV. PERTINAX P. F. AVG.

In altera.

Prouidentia simulachrum, uelato capite, tunicata, patagiatum, in solio sedens eburneo, dextrorsum pronius, dextra manu spicas præmonstrat, læua in sedis limbo impressa. Stēcinde. S—C. Inscriptio. PROVIDEN. TR. P. COS. II. Nummus iste areus Bononiæ satis amplus apud Cardonem quendā est à me uisus.

In una parte.

2. Pertinax cernitur, lauro redimitus, læua facie, thoracem ac paludamentum indutus, aduerso pectore, cum nominis Epigraphe. L. SEPT. SEV. PERT. AVG. IMP. III.

In altera.

Africa effigurata est, læuo uultu, tunicata stans, pelle Elephantina, (cuius caput belluinum, promuscis nimirum, dentesq; è muliebri fronte attollantur) ex humeris in tergum delapsa, partem illius circa læuum humerum, sinistra in sinum extendens complicatam contractamq;, dextra fibulæ adhibita.

S. H.

adhibita. Flumi apud eam cubat Leo. Abeius lateribus sunt literæ. S—C. Inscriptio autem ita habebat. AFRICA. Nummum cum æreum magnum sumus conspicati Romæ in ædibus D. Augustini Antonij.

In una parte.

3. Pertinax habetur laureatus, læuo obtutu, thoracatus, ac paludatus, aduerso pectore, cum adiuncto nomine. L. SEPT. SEV. PERT. AVG. IMP. III.

In altera.

Apollinem uidere est stantem, tunicatum, manu dextra protensa, apertaq; sinistra autem lyram habens. Apud quem hinc inde est. S—C. Inscriptio ita habet. APOLLINI AVGVSTO. Hunc nummum æreum magn Romæ conspeximus apud dñm Antonium Augustinum.

In una parte.

4. Pertinax habetur laureatus, læua facie, thoracatus, ac paludatus, a duerso pectore. Inscriptio. L. SEP. SEV. PERT. AVG. IMP. VIII.

In altera.

Elephas sinistrorsum pergit, promuscidem modice attollens, cum adscriptione tali. MVNIFICENTIA. AVG. Inferius. S.C. Nummū hunc æreū apud Julium Cælestanum uidimus Romæ.

In una parte.

5. Pertinax depingitur inornatus, læua facie, barbatq, togatus, conuerso pectore; cum nominis Elogio. DIVVS PERT. FILIVS PATER.

In altera.

In altera.

Aquila alas latè explicans, detorto dextram uersus rostro, in globo stat, Fincinatè. S—C. Circumè. CONSECRATIO. Nummum hunc æneu mãgm domi meæ habeo.

In una parte.

6. Pertinax effigiatur, læuo oris aspectu, laurea donatus, nudo collo, conuerso dorso summo, cũ nois Epigraphe. IMP. CAES. P. HELV. PERTINAX AVG.

In altera.

Prouidentiæ semulachrum stolatæ, dextrorsùm conuersa facie, ambabas in sublimè eaudtis globum, è cælo numinum iœßu processum excipientis. Fincinatè. S—C. Circumscriptio. PROVIDENTIAE DEORVM. COS. II. Nummum hunc æneu mãgm Mæntuæ nobis commonstrabat Julius Romang.

In una parte.

7. Pertinax obuius est, laurea canaliculatus, obtuens sinistrorsùm, conuerso dorso, nudoq̃. Inscriptio. IMP. CAES. P. HELV. PERTINAX AVG.

In altera.

Concordiæ typus, tunicatæ, patagiatæq̃, dextra, sinistraq̃ signa tenentis militaria. Fincinatè. S-C. Circumè. CONCORDIA . . . . . Nummũ hunc æneum mãgm ego commonstrabo.

In una parte.

8. Pertinax aperto capitè, læuca facie, togatus, aduerso pectorè, cum nominis Inscriptionè. DIVVS PERT. AVG. PATER.

In altera.

In altera.

Moles Hadriani repræsentatur, sertis obcincta pendulis, summo fastigio pullo obuelata peripetasmate, faciaq; lustralibus collucens, Parentationem, ac funerales æras Aug. exprimit. infrà. S.C. Circu. CONSECRATIO. Nummum hunc aeneum mãgne domi meæ conserueo.

In una parte.

9. Pertinax cernitur laureatus, ore sinistro, barbatus, aduerso collo, apertoq; Inscriptio. IMP. CAES. P. HELV. PERTINAX AVG.

In altera.

Imp. Sacrificio intentus, obuelato capite, & simul laureatus, prætextatus, patinam in accensa ara profundit, læua schedam habet, prætextamq; colligit. Hencinale. S—C. Circum. FIDEI. PVBLICAE COS. II. Nummus hic aeneus magnus à me ipsius Romæ apud D. Alexand. Coricini.

In una parte.

10. Pertinax effigiatur, læuo oris aspectu, triplici corona decorus, laurea, solari, & siliorum, siue aurea; quod ornatu genus inter Antonini Pij descripsimus, thoracatus, paludatus, aduerso nonnihil pectore. Circumscriptio. IMP. CAES. P. HELV. PERT. AVG.

In altera.

Iconem Cephalicam muliebrem deprehendo, turrita corona ingenti conspicuam, ac uelatam insuper, ore dextro, contecto pectore, ad cuius dorsum cornucopiæ, & lauri ramulus defiguntur. Circum. COL. HEL. Nummũ hunc aeneum magnum satis domi conserueo.

In urna.

In una parte.

11. Pertinax videtur laureatus, læuo aspectu, aperto collo, cum nominis, titulorumq; Epigraphe. IMP. CAES. P. HELV. PERTINAX AVG.

In altera.

Opem deam offendo, in sella sedentem, tunicatam, pallagiatam, dextro vultu, altera spicas tritici tenentem, altera in sedis spondam dimissa. Stemmate &c. Inscriptio partim dee nomen habet. OPI DIVIN. partim titulorum coronidem superiorem absoluit. TR. P. COS. II. Aereum hunc nummum amplum satis Romæ apud D. Achill. Mapheum vidimus.

In una parte.

12. Pertinax adest laureatus, læua facie, thoracatus, paludatus, aduerso dorso, cum nominis adscriptione. IMP. CAES. P. HELV. PERTINAX AVG. P. P.

In altera.

Lætitia stat stolata, una coronam elegineam, pacis signum, altera summum hastile tenens, dextrorsum promior est. Inscriptio. LAETITIA. TEMPOR. COS. II. Nummus iste æneus mediocris à me visus Romæ & apud D. Achill. Mapheu.

In una parte.

13. Pertinax depingitur irradiatus, læuo obtutu, thoracatus, ac paludatus, aduerso pectore, cum nois Epigraphe. IMP. CAES. P. HELV. PERTINAX P. P.

In altera.

Concordiæ simulachrum proponitur, quæ in alto solio sedens,

Sedens, spiceam coronam capite gestans, dextrorsum intuens, tunicata, patagiata, dextra spicas, papauerq; tenens, sinistra uerò in limbum sedis impressa. Ad cuius latera ponitur. S—C. Inscriptio aeae nomen indicat. CONCOR. AVG. TR. P. COS. II. Hunc nummum aeneu mediocrem Romae apud D. Iulium Calestanum uidimus.

In una parte.

14. Pertinax uidetur laureatus, sinistra faciè, aperto collo, nonnihil obuerso. Inscriptio. IMP. CAES. P. HELV. PERTINAX AVG.

In altera.

Laetitia repraesentata est, uelato capite, sacra uestè induta, dextra floreum sertum habens, sinistra summam hastam. Sincindè. S—C. Circumscriptio. LAETITIA TEMPORVM. COS. II. Nummū aeneum hunc domi inter meas facultates habeo.

In una parte.

15. Pertinax obuius est, sæua faciè, laureatus, detecto collo, modicè obuerso. Inscriptio. IMP. CAES. P. HELV. PERTINAX AVG.

In altera.

Suggesto ex alto (Imp. thoracatus, paludatus, cstipatq; Tribuno armato, hastato, galeato) apud milites conciionatur, in concionem conuocatos, inter quos Vexillarij duo stant, & labariter, arrectis auribq; decentis uocem excipientes. Infrà. S.C. Circum. P. M. TR. P. III. IMP. II. COS. II. P. P. Aeneum hunc nūmū mediocrē Romae uidi apud Antoniet. Romanum Antiquarium.

In una.

1564.

In una parte.

16. Pertinax depingitur laurea coronatus, læua facie, thoracatus, paludatus, aduerso pectore, cum adscriptionis particula . . . . . PERTINAX.

In altera.

Corona laurea, cum Centralibus literis. S.C. suprà infrà q3 sunt & aliæ literæ. A. E. Nummulum hunc æneum apud me seruamus domi.

In una parte.

17. Pertinax conspicitur, ad læuam conuersis oculis, laurea redimitus. Inscriptio desideratur.

In altera.

Aquila fulmen suppositum premit unguibus, rostro ad sinistram contorto, lauream tenens. Neq3 hic est epigraphes uestigium, nam Vetustati concedenda. Paruulus hic æreus nummus Alexandri Coruini Romani est.

In una parte.

18. Pertinax duplici corona coronatus adparet, sinistro aspectu, barbatus, laureatus partim, partim radiatus, nudato collo. Inscriptio, IMP. CAES. P. HELV. PERTINAX AVG.

In altera.

Templum tetrapylon, quaternis gradibus instratum, adparet. Cuius tympanum situlis angularibus, summaq3 quadriga in apice ornatum, ac suppliciq3 in Centro sculptis, sedentem reuerentibus. In ipso Adyto Dianæ Ephesiæ simulachrũ cernitur conuersũ. Circum. NIN HTSLH. Nummũ hunc æneũ mediocre Mantuæ apud Julium Romanum uidi.

In uria.

In una parte.

19. Pertinax habetur laureatus, sæuo aspectu, togam indutus, aduerso modicè dorso, cum nomis Epigraphe. IMP. CAES. P. HELV. PERTINAX P. F. AVG.

In altera.

Pertinax Stat, prætextam absentem indutus, tàc uelatus capite, una manu patinam prætendens in subiectam Aram tripodem, altera schedam tenens. Sinc inde. S—C. Inscriptio. VOT. DECEN. P. M. TR. P. COS. II. Nummum hunc aneum uidi Norimbergæ apud Georgium Landerum, M. Doctorem, eumq3 ex ære Corinthio.

In una parte.

20. Pertinax uidetur radiatus, Læua facie, aperto collo, cum nõis Commendatione. IMP. CAES. P. HELV. PERTINAX AVG.

In altera.

Templum tetrapylon uidetur, cum triangulari frontispicio, mirè ornatum. Anguli fastigior. suo uolantes habet Aquilas, acumen acroſtolia. Tympanu Victoriæ Sedentis Statua insignitur, quam partim uicti coronant, partim supplices adorant. Templi in medio Dianæ Ephesiæ simulachrum est, amphoti gestantis capite, è quo geminæ ansæ uolutiores ad humeros recurruantur, leoninis pedib. desinentes, torquem gemmas premunt. mammoso pectore Dea, in affabre factam terminum desinit, manib. ambabus, quibus fulcitur, nodosos habet baculos, incuruos. Hanc geminæ Victoriæ subuolantes, coronis ornãt Laureis.

Laureis. Inscriptio corrupta . . . NIH . . NTSLN. Hunc nummum aeneum uidi Romae apud D. Antonium Augustinum.

Pertinacis Argentea

In una parte.

1. Pertinax cernitur laurea ornatus, sinistra facie, collo denudato, conuerso modice. Inscriptio. IMP. CAES. P. HELV. PERTIN. AVG.

In altera.

Opis deae simulachrum sedens in solio, dextra spicas tenens, tunica, ac pallagio conspicuum est, dextra in sinum remissa. Circumscriptio. OPI DIVINAE cos. II. Nummum eum Argenteum Romae apud D. Achillem Maphaeum uidimus.

In una parte.

2. Pertinax occurrit, laurea insignis, facie ad sinistram conuersa, armatus, ac paludatus, cum nois Circumscriptione. IMP. CAES. P. HELV. PERTINAX AVG.

In altera.

Dextrae duae coniunctae, fidei symbolum est, Inscriptio. FIDES MILIT. Cum Argenteu nummu uidi Augustae Vindelicor. apud D. Idem Iacobum Fuccherum.

In una parte.

Pertinax

1567.

3. Pertinax cernitur laureatus, obtutu læuo, cum nomis Epigraphe. IMP. CAES. P. HELV. PERTINAX AVG.

In altera.

Votis sacris intentus Imp. prætextam candidã indutus, caput uelatus, ad Aram tripodem stat, manu dextra patinam prætendens, læua schedam habet. Circinde. S — C. Circum. VOT. DECENNAL. COS. II. Nummum hunc Argenteu domi meæ habeo commonstrare.

In una parte.

4. Pertinax uidetur laureatus, ore sinistro, armatq, ac paludatus, cum nois Epigraphe. IMP. CAES. P. HELV. PERTIN. AVG.

In altera.

Liberalitas Dea stat, tunicam, ac patagiu indutam, manu dextra teßeram inuertens, è qua nummismata sparguntur, donatiui memoria, læua tenet sceptrum. Inscriptio. LIBERALITAS AVG. Nummum hunc Argenteum uide alegn apud D. Joem Jacobum Fuccherum Augustæ Vindelic.

Aurea

Aurea D. 1568.

In una parte:

1. Pertinax uidetur laureatus, sinistro uultu, barbatq, togatus, conuerso dorso, cum nominis Encomio. IMP. CAES. P. HELV. PERTIN. AVG.

In altera.

Laetitia repræsentata est, tunicata, patagiata, dextrorsum conuersa facie, una sertum floru uelati deijciens, læua summam hastam apprehendens. Circumscriptio. LAETITIA TEMPOR. COS. II. Hunc aureum nummum Romæ apud D. Achillem Maphæum conspeximus.

FLAVIA TITIANA AVGVSTA uxor, ex qua ei filius natus est. P. HELVIVS PERTINAX.

Cornificia, Concubina.

D. IVLIANI.

1569.

1570.

D. IVLIANI. Aeneæ.

In una parte.

1. Julianus prodit lauro coronatus, læuo obtutu, aperto collo, cum huiusmodi nominis Epigraphe. IMP. CAES. DID. SEVER. IVLIANVS AVG.

In altera.

Julianus Imp. togatus, dextrorsum ingreditur, tanq3 Monarcha, manu dextra mundum sub globi typo gestans, sinistra schedam habens. Ad cuius genua hinc inde. S—C. Inscriptio honorifica admodum. RECTOR ORBIS. Aereum hunc nūmum grandem satis habet in bonis D. Achill. Maphæus Romæ.

In una parte.

2. Julianus effigiatur, laurea cancellatus, læuo obtutu, conuerso modicè collo, denudatoq3. Inscriptio. IMP. CAES. M. DID. SEVER. IVLIAN. AVG.

In altera.

Concordiæ typus est. Statua muliebris tunicata, patagiata, ambabus manibus signa duo tenet hinc inde, militaria. Utrinq3. S—C. Circum. CONCORD. MILIT. Nummum hunc æneum mag^m Romæ apud Antonietum Roman. Antiquariem uidi.

In una parte.

3. Julianus depingitur, laurea coronatus, sinistro aspectu, barbatus, denudato collo, modicè conuerso. Inscriptio. IMP. CAES. M. DID. SEVER. IVLIAN. AVG.

In altera.

In altera.

Tiberis simulachrum humi positum, ad pubem nudū, regente barba, dextra clauum nauis retinens, læua iuncum, urnæ inuersæ cubito innitens. infrà. TIBERIS. C. S. C. Circumꝫ. TR. POT. COS. Hunc nummum æneum mediocrem Mantuæ apud Iulium Romanum uidi.

In una parte.

4. Julianus Laureatus habetus, læuo uultu, nutato collo, conuerso modicè, cum nominis Epigraphe. IMP. CAES. M. DID. SEVER. IVLIAN. AVG.

In altera.

Fortuna tunicata, patagiata, stans, clauum gubernaculi globo impositi tenet, læua cornucopiæ. Hinc indè. S—C. Circumꝫ. P. M. TR. P. COS. Hic nummum metallicum magnum Romæ apud Antoniettum Romanum Antiquarium sum conspicatus.

In una parte.

5. Julianus cernitur Laureatus, dextro uultu, cum nominis Epigraphe. IMP. CAES. M. DID. SEVER. IVLIANVS.

In altera.

Equus ferociens, aꝫ generosus, aureis ornatus, Ephippij loco, ad dextram uiam decurrit. Inscriptio nulla. Nummum hunc ueneꝫ uidi apud Quæstorem Regium D. Julium Gronlæum, Lutetiæ Parisiorum.

Marlia

1572.

MANLIA SCANTILLA Aug. uxor, ex qua eō nata est filia Didia Clara. Cūsdem Nummisma hoc est, Aeneum.

In una parte.

1. Manlia Scantilla, matura iam ætate facies, coma undatim pexa, ad synciput in orbiculum aureū reuincta, læuo obtutu, tunicata. Circumscriptio MANLIA SCANTILLA AVG.

In altera.

Salus Dea, prætextata stat, manu dextra patinam tenens, super Ara Æsculapij, serpentē obuoluta longissimo, altera stemmium hastilis corripit. Inscriptio. SALVS AVGVST. Nummum hunc æneum uidi Norimbergæ apud D. Georgium Laraßerum, LL. Doctorem.

Did. Claræ. Ex ære.

In una parte.

1. Didia Clara effigiatur, læua facie, uenusta, capillo calamistrato, ad synciput & caluariem in nodo aureo reuincto, opto pectore, cū nois Epigraphē. DIDIA CLARA.

In altera.

Hilaritas repsentata, tunicata, patagiata, una manu media palmā ꝑfixā tenens, altera Cornucopiæ. Circumdē. S—C. Circumꝺ. HILAR. TEMPOR. Nummū hunc æreū magm habet Romæ D. Achilles Maphæus.

NIGRI.

1573.

NIGRI. Argentea.

In una parte.

1. Pescennius Niger occurrit laureatus, sæuo aspectu, barba uillorum in nodum contorta, cum nõis ἐπιγραφῆ. CAES. PES. NIGENIVS A. Mirum profectò, nẽsi hic quoq; erraurit Monetarius, cum inuenendum erat. CAES. PESC. NIGER IVS. F. A.

In altera.

Ceres dea stat, conuersa ad spectatorem, una manu frugum patinam altè commonstrans, altera semiflore' spicas tenens triticeas. Inscriptiõ. BONI EVENTVS. Nummum hunc argenteum memini me' uidisse' Francofordiæ apud D. Hieronymum Agnimum.

Aurea
S. J.

1575.

Aurea. ♀

In una parte.

1. Pescennius Niger depingitur, laurea coronatus, ob-tutu seuero, ad læuam conuerso oculo, barba uillosa, aperto collo. Inscriptio. CAES. C. PESC. NIGERIVS TAV. Mendam hîc puto à Monetali cõmissam. debere autem restitui hoc modo. CAESAR C. PESC. NIGER PIVS F. AVG.

In altera.

Spes dea repræsentatur, stolata, ad dextrã conuersis pedibus, capitulum summo gestans uertice, una manu lilij florem commonstrans, altera stolæ infimam subducens lacinicam. Inscriptio. BONAE SPEI. Nummum hunc aereum pulcherrimum, elegantissimumq; uidi Francofordiæ apud D. Hieronymum Agninum.

SEPT. SEV.

1557.

1578.

SEPT. SEVER. Aenea.

In una parte.

1. Seuerus effigiatur, laurea candidatus, sinistro ore, thoracem, ac paludamentum indutus, conuerso dorso, cum nominis circumscriptione. IMP. CAES. L. SEVER. PIVS PERTINAX AVG.

In altera.

Suggestus latus quadrangulus, affabrefactus, in quo benignitatis euidens est spectaculum. In sellis curulibus trabeati Imppp. Seuerus & Caracalla sedent, aduersis dorsis, in dextra parte ille ambabus obnixe detensis patinam auream tenet, ascendentem gradus plebeium, togam in sinum complicantem, affatur, donatumq; dimittit. Patri in limbo Suggesti adstat Geta iuuenis admodum, thoracatus, ac paludatus, una corgicolum commonstrans, altera tenens hastam. In sinistra parte Caracalla itidem agit, nam ambabus patinam auream in scalis stanti Romanæ plebeiæ, puerulum nudum leua tenenti, in manum porrigit dextram. Huic Annona addita, tunicata, pataginataq; una cornucopiæ, altera tessera ostentans. Inter sellas curules in stylobate aleari Roma, nō immemor accepti muneris, ac beneficij, conuersa, thoracata, galeata, paludamento late procolletanti, dextera, quam latissime potest manibus, supra munificos aspersatos uertices laureas tenet, aegnū uirtuti fatæ pmium.

circumscriptio.

Circumscriptio. PONT. MAX. TR. POT. XVI. COS ... P.P.
infrà. CONG. P.R. DAT. Hinc inde S—C. Aereu
hunc nummum magnum ego domi seruo.

In una parte.

2. Seuerus effigiatur, sinistro oris obtutu, laureatus, loricatus, paludatus, conuerso pectore, cum nominis commendatione. SEVERVS PIVS AVG.

In altera.

Templi Vestibulum aypilon, Aulæis Zophoro appensis, amphitappis, peripetasmatis, Tapetijs ornatissimum. Quo medio ad Aram uariè sertis decoratam, Seuerq conuersus, inter fœdos hinc inde stantes medius, (omnib. laureæ, prætextaq; nitor ornati uicè sunt) sacrum facit solemne, dextra patinam antè pectus tenens, dimissa læua, uerba sacra aditui loco præcinens, Caracalla patinam aræ admouet, læua schedâ het, depressa, læta leuatione, aperta dextra Concordiam fidè data adiurans. In lateribus præcentrices collocatæ, hinc tibicen, inde lyricen. In solo ad latq dextrum statua uirilis, ad pubem nuda, dextra urnam aqueam inuertit, læua tenet Cornucopiæ. Hinc inde S. C. Circumscriptio. SAECVLARIA SACRA. Aereum hunc nummum magnu Romæ apud D. Achillem Maphæum uidi.

In una parte.

3. Seuerus cernitur laurea coronatus, barbatus, læuo conspectu, aperto collo, conuerso modicè, cum nois Encomio. L. SEPT. SEVERVS PIVS AVG.

In altera.

Victoriæ

1580.

Victoriæ duæ pari structo clypeum rotundum, memoriæ rei gestæ in palma arbore signatum sustentant ambabus manibus. Ad radicem arboris captiui desidēt, manibus post terga ligatis. Infrà. S.C. Circū. P.M.TR.P.XVII. COS.II. P.P. Clypeus hanc inscriptionē habet. VICT. PARTH. Nummum hunc æneum magnum Romæ apud Antonietum Romanum Antiquarium memini me uidere.

In una parte.

4. Seuerus habetur laureatus, læuo obtutu, aperto collo. cum nominis Epigraphe. L.SEPT.SEVERVS PIVS AVG.

In altera.

Fornix tetrapylos erectus, sub quo Imp. stat, laurea insignis, thoracem indutus ac paludamentū, dextra globum commonstrans, sinistra summam hastam apprehendens, pede dextro galeam cristatā calcans. Inscriptionis particula adhuc supererat. COL. Nummum hunc æneum magnū in Musæo nostro habeo.

In una parte.

5. Seuerus depingitur laureatus, læua facie, thoracem squammosum indutus, paludatus, conuerso dorso, cū nominis Epigraphe. L.SEPTIMIVS SEVERVS PERTINAX AVG. IMP. P.P.

In altera.

Suggestus exstructus est in parte dextra. è quo Seuerus, medius inter Getam Caracallamq; stans, (laureati, thoracati, paludatiq; omnes) admiratibq

filijs,

S.C. iiij.

filijs, apud milites in concionem uocatos in Parthijs, uerba habens, rebus benè gestis, ad maiora eorum animos accendens. Inter quos labarifer, signiferi duo, aè Tropheum conspiciuntur. Cetrati aut, clypeati scutati, galeatiq; sunt milites. Circumscriptio. P. M. TR. P. . . . IMP. . . . COS. III. P. P. Infrà. EXERCIT. PARTH. Hincinde. S—C. Nummum hunc aeneum magnu Mantuae apud Julium Romanum uidimus.

In una parte.

6. Seuerus habetur laureatus, laeua facie, aperto collo, cum nominis adscriptione. SEVERVS PIVS AVG.

In altera.

Roma domitrix gentium, galeata, tunicata, patagiata, sedet in alto solio eburneo, sinistrorsum intentis oculis, dextra Victoriam praemiatricem tenens, sinistra sceptrum, cuius genu dextrum supplex arripit Provincia, pacem humiliter poscens. Inscriptio ad superiorem continuatur. P. M. TR. P. XVIII. COS. II. P. P. Nummum hunc aereum grandem nobis Romae demonstrabat D. Alexander Cruicius.

In una parte.

7. Seuerus depingitur laureatus, dextra facie, opposito in intuentium oculis dorso, per quod baltheus ex humero dextro subter axillam transit, cinctq; eo incusa est humana effigies exigua, signum Monetarij, humero laeuo clypeum rotundum, pegasis, aliisq; decore depictum gerens, sinistra Spiculum habere conijcitur, cuius acies ob os eius adparet. Inscriptio. L. SEPT. SEVERVS PERT. AVG. COS. . . .

In altera.

In altera.

Biga inuehitur Victoria sinistrorsum, quæ subuo-
lantes equos, scuttica ad celatissimum cursum adi-
git. Supra eam sunt literæ. CL. infrà. O8.....
Hunc æneum nummum magnum apud D. Anton.
Augustinum Romæ uidimus.

In una parte.

8. Seuerus effigiatus est laurea coronatus, barbatus, aperto
collo, conuerso ore sinistrorsum, cum nominis Epigraphe.
IMP. CAES. L. SEPT. SEV. PERT. AVG.

In altera.

Signa tria militaria oraline infrà sunt, ut Aquila int
duas Laureas medium sit. Hincinde. S—C. circu.
LEG. XIII. GEM M. infrà. TR. P. COS. Nummu
hunc æneum magnum Romæ apud Antonietu Ro-
manum Antequarium memini me uidisse.

In una parte.

9. Seuerus prodit laurea insignis, sinistra facie, apto collo,
conuerso modice, cum nominis Epigraphe. L. SEPT.
SEVERVS PIVS AVG.

In altera.

Victor Imp. Seuerus, laureatus, thoracatus, paludatus,
medius inter filios inornatos, pari armatura collucen-
tes, C ad tergum constitutis duobus signiferis, tu humi
sedente, retrolegatis manibus, Prouincia, cuius pedem
dextrum calcat pede dextro, supplice, supino ore,
ueniam pacemq; roganteb, uerba habet: porrecta dex-
tra uirtutem ex se ut discant, iuuenes admonens.
Læua telum habet, Tela illi itidem tenent, alter dextra,

alter

alter sinistra, manibus. Infrà. S.C. Circumscriptio. P.M.TR.P.XVIII. COS.II.P.P. Nummum hunc æneum magnum ego domi meæ custodio

In una parte.

10. Seuerus depingitur laurea coronatus, sinistro aspectu, thoracatus, paludatus, contrario ad nos ferè dorso. Inscriptio. L.SEPT.SEVERVS PIVS AVG.

In altera.

Templum tetrapylon, cuius fastigium sertis undiquè decoratum est. Cius pro foribus aram, arietinis capitibus sculptam, sertisq; ornatam, Seuerus & Caracalla Impp. sacra faciunt, prætextati, hic latere, ille pectore aduersis, ambo patinas in ignem profundentes, lævis ambo schedas habentes, alter subducta, alter depressa. Medius horum post aram conuersus pari ritore uestis Geta, lituum, sympullumq; tenet. Ad aræ latera. S—C. Circumscriptio. SAECVLARIA SACRA. Nummum hunc æneum magnum apud Iulium Romanum Mantuæ uicimus.

In una parte.

11. Seuerus cernitur laurea coronatus, thoracè ac paludamento indutus, aduerso pectore, lævo aut uultu, cum Inscriptione titulorum breui. L.SEPT.SEVERVS PIVS AVG.

In altera.

Minerua pacifera, galeata, tunicata, patagiata, dextrorsum respiciens, manu dextra oliuæ ramum præferens, sinistra in clypeum rotundum clemissa spiculum tenens. Circinatè. S—C. Inscriptio. MINER.PACIF. COS.II.

cos. II. Nummum hunc aeneum satis amplum apud me uidere studiosus poterit, quum uolet, si cubi illi similem non inuenerit.

In una parte.

12. Seuerus adest, laureatus, laeua facie, aperto collo, cui circumiectis titulis. L. SEPT. SEVERVS PIVS AVG.

In altera.

Victorem Seuerum laureatum, thorace ac paludamento munitum inuenio, medium stantem inter Getam & Caracallam filios, paribus armaturis tectos, uerum inornatos, (astantibus duob. Signiferis) dextra paulum demissa, sinistra spiculum, (quale & elle ostentant) habentem, ac si cum proiecta humi Prouincia captiua uerba haberet, Inscriptio cum superiori coniungenda. P. M. TR. P. XVIII. COS. II. P. P. Infra. S. C. Nummum hunc aeneum grandem Romae apud D. Achillem Maphaeum uidimus.

In una parte.

13. Seuerus uidetur laureatus, laeua facie, aperto collo, obuerso modice, cum nominis Epigraphe. L. SEPT. SEV. PERT. AVG. IMP. III.

In altera.

Statuae muliebres tres paribus gestibus, dextris omes libripendes, laeuis (opie cornica tenentes, diuersis in amictibus, nam extremae duae tunicatae sunt, atq; palagiatae, media stolata est, cinctaq;, pileoq; mucronatum gestat capite, conuersae omnes, nisi quod facies ad dextram obuertant partem. Infra. S. C. Suprà.

Suprà. MONETA AVG. COS. II. P.P. Nummũ hunc
æneum magnum satis, Augustæ Vinaëlicorum apud
D. Joem Jacobum Fuccherum uidi

In una parte.

14. Seuerus cernitur laureatus, lævâ faciẽ, thoracem ac
paludamentum indutus, adversò dorso, cum nõmis
Epigraphẽ. SEVERVS PIVS AVG. P.M.TR.P.COS.

In altera.

Bacchus atq; Hercules mutuum contuentes, inter sẽ
miscere sermonem uidentur, ad columnæ quadran-
gulæ (in cuius anteriori fronte monumentum de-
scriptum est tale: COS.III. LVD.SAEC. FEC.) latera
stant. Hinc illẽ nudus, coronatus hedera, depen-
dentẽ in tergum caprina pelle; manu dextra can-
tharum inuertit potandæ Hygiæ, ad pedem adstæ,
quæ supino ritu liquorem excipit, sinistra sum̃a
apprehendit thyrsum. Inde, hic laureatus, manu
dextra in clava humi defixa innitentẽ, leonina
pelle brachio sinistro obuoluta, Sub Dijs legity.
S.C. Nummum hunc æneũ magnum Romæ
apud D. Antonium Augustinum uidimus.

In una parte.

15. Seuerus uidetur, laurea candidatus, lævo conuitu,
aperto collo, modicè conuerso, cum nõis Enconcio.
L.SEPT.SEV. PERT. AVG. IMP. V.

In altera.

Imp. armatum, paludatum, dextra Victoriam pra-
miatricem tenentem, lævâq; hastam, pone sequens
Virtus galeata, pari armatura, ocreataq;, laurea donat,

quam

quam honorato capiti eleuata dextra imponit, læua
prælonium tenens. Circumꝫ. VIR — TVS AVG. infrà.
S.C. Nummus hic æreus Romæ apud Antonier.
Romanum Antiquarium à meꝰ uisus est.

In una parteꝫ.

16. Seuerus uidetur, laurea coronatus, sinistro aspectu,
obuerso partim dorso, nudoq; Inscriptio. L.SEPT.
SEV. PERT. PIVS AVG.

In altera.

Salus dea in solio sedens, tunicata, patagiataq;, dex-
tra patinam tenet, qua anguem ex ara alteꝫ se at-
tollentem cibat, læua in soliꝫ spondam supremam
innitenteꝫ. Scincideꝫ. S — C. Circumꝫ. P.M.TR.P.X.
IMP.VII. COS.... P.P. Nummum hunc æreum mag-
num ego domi habeo.

In una parteꝫ.

17. Seuerus & Caracalla mutuum intuentur. À sinistris
illeꝫ laureatus, thoracatus, paludatus, conuerso dorso,
hic Phœbus adhuc, aperto capiteꝫ, togatus tamen, co-
uersoq; pectoreꝫ. Circumscriptio. IMP. CAES. L.SEP.
SEVER.PIVS AVG. ANT. PIVS CAES. PONTIF.

In altera.

Pantheon Romanum, omnium ædificior, facileꝫ spec-
tabilissimum, cum Vestibulo Hexastylo, reliquisq;
ornamentis, cum iam temporis longinquitateꝫ col-
labi uideretur, à Seuero restauratur, cui Circum-
scriptio conuenit. IMP. CAES. L. SEPTIMIVS SEV. PERT.
AVG. REST. Infrà. IOVI VLTORI. Scincideꝫ. S — C.
Nummum hunc æreum magm Romæ apud D. Alex-
andrum Corsinum meꝰ uideꝫe memini.

In una

In una parte.

18. Seuerus occurrit laureatus, læuo obtutu, thoracatus, paludatus, conuerso dorso. Circumscriptio. SEVERVS PIVS AVG.

In altera.

Victoria conuersa, ambabus manibus labarũ tenet perpendiculare, medio loco posita inter Captiuos, virum à dextris ligatis post tergum manibus, Parthũ similem, fœminamq; seminudam, supino ore, ac in sublime educta dextra ueniam comprecantem. À sinistris. S.C. Circumscriptio. P.M.TR.P.XVIII. COS.III.P.P. Nummum hunc æneũ magnum ego domi habeo.

In una parte.

19. Seuerus prodit, laurea candidatus, læuo ore, barbaq; aperto collo, paululum obuerso. Inscriptio. L.SEPT. SEV.PERT.AVG.IMP.III.

In altera.

Statuæ muliebres tres tunicatæ, pataglatæ, dextris obtutibus omnes, dextris libripendes, læuis habent copiæ cornua. Circumscriptio. MONETA AVG.COS. .II.P.P. Infrà .S.C. Hunc nummũ æneũ magnum Augustæ Vindelicor. apud D. Hem Jacob. Fuccherum meminẽ me uidisse.

In una parte.

20. Seuerus cernitur laurea decorus, sinistro aspectu, thoracem indutus, ac paludamentũ, conuerso dorso, cum nouis elogio. SEVERVS PIVS AVG. P.M.TR.P.X.

In altera. Equitem

Equitem Imp. probè eleganterq; armatum, paludatu, laureatum, dextra tenentem telum, equo utentem phalerato, miles galeatus, thoracè, paludamento, scutoq; ingenti, cuius ansam læua tenet manu, teloq; munitus, præit sinistrorsum, sequunturq; statim Tribuni tres, armis undiq; coruscantes. Suprà. AVGVSTI. Infrà. PROFECTIO. Hencindè. s—c. Nummus hic aneus magnus domi inter meas Antiquitates uisetur.

In una parte.

21. Seuerus prodit laureatus, læuo aspectu, obuerso collo, denudato, cum nõis elogio. L. SEPT. SEV. PERT. AVG.

In altera.

Eques Imp. armatus, thoracè, ac paludamẽto, copijs comparatis ad expeditionem proficiscitur, dextra telum lebrans perpendiculare, læua lorum regẽs. infrà. S. C. Circum. PROFECTIO AVG. Nummũ hunc aneum magnum ego domi commonstrabo.

In una parte.

22. Seuerus habetur laureatus, læua facie, conuerso collo, denudatoq;, cum nominis Encomio. L. SEPT. SEV. PERT. AVG.

In altera.

Africa repræsentatur stolata, elephantinã pellẽ capite gestans, elata promuscide, dextra lateri addita, sinistra pellem per pectus relabentem in sinũ attollens, ad pedem lauũ habens leonium caput. Hencindè. s—c. Inscriptis planè corrosa &c. Nummũ hunc eneũ magnũ domi meæ habeo.

In una.

In una parte.

23. Seuerus uidetur, laurea decorus, sinistro obtutu, thoracé armatus, ac paludamento insignis, contrario adintuentes dorso, cum nomis Epigraphe.

L. SEPT. SEV. PERT. AVG. IMP. P. P.

In altera.

Victoriam Triumphatricem curru alto, sertis undiq; ornato, quadrijugorum equorum, una habenas regentem, altera lauri ramum præferentem Roma galeata, stolata prægreditur, dextraq; equorum frena capessens, sinistrorsum ductitat, læua ante pectus & clypeum & telum contrahens. Supra legitur. S. P. Q. R. OPTIMO PRINCIPI. infra. TRIVMPHVS PARTH. Hincinde. S — C. Nummum hunc æneū magnū Lugduni apud Carolum à Porta memini me uidisse.

In una parte.

24. Seuerus cernitur laurea coronatus, sinistro oris obtutu, loricam indutus, ac paludamentum, Inscriptio.

L. SEPTIMIVS SEVERVS PERTINAX AVG. IMP. VII.

In altera.

Mars Stator conuersus, nudus, galeatus, paludamento ab humeris in dorsum relabente; dextra sūmam hastam apprehendens, læua in summū clypeū immissa. Apud dextrum dei pedem Thorax erecto est, affabrefactus. Circumscriptio. DIVI M. PII. F. P. M. TR. P. IIII. COS. II. P. P. Nummum eum æneum magnum, eminentissimis signis, bellissimum, domi meæ seruo, inter alias minores parmas.

In una parte.

Seuerus

25. Seuerus prodit laureatus, læua facie, aperto collo, conuerso nonnihil. Inscriptio. L. SEP. SEV. PERT. AVG. IMP. M.

In altera.

Salus dea laureo redimita serto, tunicata, patagiata, stans, dextra fluentis patagij lacinias colligens, læua eleuatione anguem tenens. Hinc inde. S-C. Circũ. SALVS AVGVST. Nummus hic æneus magnus à me Mantuæ uisus est, apud Fulium Romanũ.

In una parte.

26. Seuerus adest lauro redimitus, læuo uultu, aduerso dorso, apertoq; cum nominis titulo. SEVERVS PIVS AVG.

In altera

Victoria parte corporis summa nudata, sedet in sella eburnea, manu dextra laureum ramum, sinistra supremo limbo clypeum femori impositum tenens. E regione cuius Trophæum est erectum, è uarijs armorum generibus collectum. Apud quod ab ijdem humi captiuus. Inscriptio, cum superiori coniungenda est. PONT. M.... COS. III. P. P. Interius E. S. C. Nummum hunc æneum magnũ uidi Romæ apud D. Antonium Augustinum.

In una parte.

27. Seuerus cernitur laureatus, læuo ore, conuerso modice collo, apertoq; cum nõis Epigraphe. L. SEPT. SEV. PERT. AVG. IMP. VI.

In altera.

Equestris statua Imp. Seueri, thoracata, paludata, dextra telum librans, ad læuam uiam pergens. Infrà. S. C.

Circumscriptio.

S. K.

Circumscriptio. INVICTO FEL. AVG. Nummum hunc æneum nobis Julius Romanus Mantuæ ostendit.

In una parte.

28. Severus effigiatus est, laurea insignis, sinistro orè, conuerso dorso, denudatoq3. Inscriptio. L. SEPT. SEV. PERT. AVG.

In altera.

Romam ad genua procidentem, tunicatam, patagratam, Palladis galeatæ, Ægidè munitæ, ac clypeo ad pectus sublato, auxilio fretam, ductuq3, Imp. rogatus, laureatus, dextra tradita, corripit, ab humo ut sè attollat, iubet animo bono esse. Circumscriptio. ROMA RESVRGENS. infrà. S.C. Nummum hunc æneum magnum Mantuæ apud Julium Romanū uidimus.

In una parte.

29. Severus Laureatus uidetur, læua facie, aperto collo, conuersoq3. Inscriptio. IMP. CAES. L. SEPT. SEV. PERTINAX AVG.

In altera.

Salus Dea in eburnea sedens sella, ricam gestans capite, sacra uestè induta, dextra scipionem habens eburneum, læua patinam porrigens. Circumdè. S. C. Circumscriptio. SALVS POPVLI RO.. Nummum hunc æneum mägm uidi apud Julium Romanum.

In una parte.

30. Severus habetur laureatus, læua facie, thoracatus, paludatus, aduerso dorso, cum nominis Epigraphe. IMP. CAES. L. SEPT. SEV. PERTINAX AVG.

In altera.

1592.

In altera.

Equitem Imp. laureatum, togatum, peregrè redeuntem, obuiam ueniens gratulatrix Roma, thoracata, paludata, galeata, speculum tenens dextra, retento ad sonū equo, praeit, ducitq; dextra uia. Circumscriptio. ADVENTVS AVG. infrà. S.C. Nummum hunc aeneum magnum ego domi seruo.

In una parte.

31. Seuerus effigiatur laurea decoratus, sinistrorsùm obtuens, obuerso denudatoq; collo. Inscriptio. L. SEPT. SEV. PERTINAX AVG.

In altera.

Fortuna in sella sedet, tunicam, ac patagium induta, dextra taemonem globo impositum tenens, laeua cornucopiae. Circumscriptio. P.M.TR.P. II. COS. II. infrà. S.C. Nummum hunc metallicum Mantuae apud Iulium Romanum delineaui.

In una parte.

32. Seuerus occurrit laureatus, laeuo ore, thoracatus, paludatus, contrario ad intuentem dorso, cum nominis epigraphe. L. SEPT. SEV. PERT. AVG. COS. VIII.

In altera.

Mars pacatus nudus, conuersus stat, galeam cristatā gerens capite, dextra summam corripit hastam, laeuā in summum clypei umbum demittit, à dextris humi thoracem suum exuit. Hineinde. S—C. Circum. P. M. TR. P. IIII. COS. II. P.P. Nummum hunc aeneum magnum domi meae custodio.

In una parte.

Seuerus.

33. Seuerus depingitur laureatus, læuo oris obtutu, barbatq; thoracatus, paludatus, conuerso dorso. Inscriptio. SEVERVS PIVS AVG. P.M.TR.P.VII.

In altera.

Leo tergo insidentem habens statuam muliebrem, corona turrita ornatam, dextra fulmen tenentem, stolatam) celeri saltu sinistrorsum pergit, ac si flumen transiret. nam in dextra parte rupes eminet. Sub fera. S—C. Circum. INDVLGENTIA AVG. infrà. IN CANTH. Summum hunc æneum magnum domi ego præseruo.

In una parte.

34. Seuerus procàt laurea coronatus, sinistra facie, thoracem squammosum indutus, ac paludamentu, conuerso modice dorso. Inscriptio. L. SEPT. SEV. PERT. AVG. IMP. VIII.

In altera.

Equitem Imp. armatum, paludatum, dextra alte sublatea lauream commonstrantem, rei bene gestæ bruium, Roma, aduenienti Aug. congratulata, equú loro ducat, sinistrorsum, thoracata ipsa, galeata, ac ocreata, læua hastile habens. infrà. S. C. Circum. ADVENTVI AVG. FELICISSIMO. Summum hunc æneu magnum ego in meo Musæo habeo.

In una parte.

35. Seuerus depingitur inornatus, læuo obtutu, aperto collo, cum nominis circumscriptione. DIVO SEPTIMIO SEVERO PIO.

In altera.

Notes

Moles Hadriani, funebrem Parentationem, Augustiq; viras exequias indicat, pullo circũ uelata colore, sertis obuincta myrteis. infrà. S.C. Circum. CONSECRATIO. Nummum hunc aeneum magnum domi meæ commonstrare possum.

In una parte.

36. Seuerus laureatus depingitur, læuo obtutu, aperto collo, modicè obuerso, cum nominis commendatione. L. SEPT. SEV. PERTIN. AVG. IMP. VIII.

In altera.

Victoria sinistrorsum procurrit, uolitante habitu, dextra lauream tenens, læua palmæ ramum habes. Hincinde. S-C. Circum. P.M.TR.P.III. COS.II. P.P. Nummum hunc aneum magnum domi inter Antiquitates meas habeo.

In una parte.

37. Seuerus depictus est ad læuam intuens, laureatus, paludamento ac thorace induitus, cum Inscriptione huiusmodi. SEVERVS PIVS AVG.

In altera.

Portus delineatus est, quamplurimis statuis illustratus, arcuatus, duobus lateribus firmo opere propugnaculorum conclusus. Quæ utraq; columnis quatuor Corinthiacis instructa, inter quas in sacellis statuæ sunt. apicibus Victoriæ ac equestres statuæ collocatæ. In frontispicio hincinde literarum monumeta quidem erant, sed præ uetustate satis legi nequiuerunt. Arcus cancellatus quamplurimis statuis ornatus est. In ipso portu, nauis depicta, cum remis et suppara ptenso.

Inscriptio.

Inscriptio. PON. M. TR. P. XVII. infrà. COS. III. P. P. S. C. Hunc æreum nummum habet Patriarcha Grimanus Venetus.

In una parte.

38. L. Septimius Seuerus adparet laureatus, barba in uillum contorta, ad læuam intuens, paludatus, ac thorace' munitus, cum inscriptione'. L. SEPTIMIVS SEVERVS AVG. PARTH. MAX.

In altera.

Caracalla & Geta fratres sibi inuicem ob os positi, ac mutuum inspicientes uidentur. A dextris Caracalla laureatus, proiectioris paululum ætatis, paludatus ac thorace' indutus est. A sinistris Geta puer adhuc, paludamento ac thorace' itidem indutus. Inscriptio numismatis hæc est. CONSERVATOR IMPERII. Cum nummum apud D. Petrum Aloysium Roman. uidi.

In una parte.

39. Seuerus occurrit, laurea ornatus, læuo ore', conuerso dorso summo, apertoq3. Circumscriptio. L. SEPT. SEVERVS PIVS AVG.

In altera.

Getam Caracallamq3 fratres, dextras iungentes ad aram, media Iulia mater ricam gerens capite', prætextataq3 impositis amborum humeris manibus amplexans, coniungensq3 ad concordiam hortatur. Circumscriptio. P. M. TR. P. XVIII. COS. III. P. P. infrà. S. C. Nummum hunc æneum magnum Romæ apud Antonietum Romanum Antiquarium uidi.

In una parte.

40. Seuerus prodit, lauro coronatus, læua facie', aperto collo,

collo, obuersoq3. cum nominis Epigraphe. SEVERVS PIVS AVG.

In altera.

Romam sedentem in eburneo solio, galeatam, tunica patagiog3 amictam, dextra Palladium, sinistra hastile summum habentem, Prouincia nescio quæ supplex, sinistro genu flexo, genu Deæ apprehendens dextra, supinato uultu, ceu ueneratur, ceu ueniam deposcit. Inscriptio cum superiori coniungitur. P.M.TR.P.XVII. COS. II. P.P. infrà est. S. C. Nummum hunc aneum magnum Romæ apud D. Antonium Augustinum uidimus, ac delineauimus.

In una parte.

41. Seuerus depingitur laureatus, læua facie, thoracatus, ac paludatus, cum nominis Epigraphe. IMP. CAES. L. SEPT. SEVERVS. PERT. AVG.

In altera.

Victoria curru quadrijugorum equorum sinistrorsum inuehitur, una manu lora moderans, altera lauri ramum habens. Hoc etiam addendum Romam præambulam galeatam, tunicatam equos loris ductitare. Subscriptio facti monumentum habet. TRIVMPHVS PARTH. Superscriptio. S.P.Q.R. OPTIMO PRINCIPI. Hunc nummum aneum magnum Romæ apud quend. mensarium delineauimus.

In una parte.

42. Seuerus læuo aspectu, laurea ornatus, armatus, ac paludatus, cum græca inscriptione. . . . . .

In altera.

Æsculapius

Æsculapius in dextra parte' nudus, Salus autem in ~~dextra~~ sinistra gaudentium gestu, ille' utramq3, hæc dextrâ tantum', (altera demiſa) ſuſtollunt, ſiniſtrorſum' intentis oculis. Medius autem horum ſerpens altiſſimè ſe erigit, aculeo ſubiectum habens fulmen. hinc inde'. 1—e. Summus hic æreus mediocris apud Dom' Rinaldum Odonem Venetum à nobis eſt uiſus.

In una parte'.

43. Septimius Seuerus uidetur Laureatus, læua facie', thoracem indutus ac' paludamentum, obuerſo pectore'. cum nominis Epigraphe'. L. SEPT. SEV. P.F. AVG. IMP. VII.

In altera.

Æſculapius ſummo pectore' nudus ſtat, bacillo ſuo, ſerpente' longiſſimo obuoluto, axillæ ſubiecto dextræ innixus, præmiſſo dextræ manus indice', læua ſub pallium abdita: à dextris conſtitutus, tunicatus, bis cinctus acuminato galericulo, æthiops, pari geſtu, demiſſa in femur utraq3 manu: à ſiniſtris ingens globus cernitur. inſcriptio. P.M. TR.P. XVIII. IMP... COS. IIII. P.P. infrà. S.C. Summum hunc æneum uidi Romæ apud' D. Antonium Auguſtinum.

In una parte'.

44. Seuerus depingitur, barbatus, laurea coronatus, proiectiori iam' ætate', læua facie': nudo pectore'. Sub quo ~~et~~ Aquila eſt expreſſa. Subterq3 Imp. mentum Literæ' ſunt. OL. Pars inſcriptionis altera ſeruata eſt tantum' .... SEPT. IMP. P.M. TR.P. ....

In altera.

Caracalla habetur, puer ferè adhuc', laureatus, læuo

ore;

ore', paludatus, aduerso dorso. Sub quo Aquila alis explicatis sinistrorsum euolatura uidetur. Ante' retroqs iuuenis caput legitur. B — ER. Superscriptio. CRES. IMT. DES. . . . . Hic nummus æreus mediocris, apud Franciscum Venierum uideri poterit Venetijs.

In una parte.

45. Seuerus effigiatur laurea ornatus, sinistro ore', conuerso modicè collo, denudatoqs. Inscriptio. L. SEPT. SEV. PERT. AVG.

In altera.

Portus hemisphæricus miro opere, & ornatu. Cuius utrumqs latus structura' duæ' altissimæ' obfirmant pariter, & cludunt, catena ferrea, ne clam quiuis eò adpellat nauta, præceptus. in quo opere', si magnitudinem dicere' uelim, ac præstantiam, totus liber fiet. Tot in eo ambitus, tot porticus, cellæ', cameræ', tabernæ, fori, fulcra nauium, stationes, tot in fastigio circumquaqs dispositæ' imagines, armatorum, tot sunt quadrigæ' conuersæ', tot Victoriæ', partim Præmiatrices, partim aurigæ'. In medio portu Imperatoria bellica nauis collocata est. infrà. cos. iu. P.P. S.C. Nummum hunc æneu' mediocrem domi meæ seruo ego, inter Antiquitates meas.

In una parte.

46. Seuerus laurea coronatus, obtutu læuo, thoracem indutus, ac paludamentum, conuerso dorso. Inscriptio. L. SEPT. SEV. PERT. AVG. IMP. VIII.

In altera.

In altera.

Iuppiter nudus strophio duntaxat ũ læuo prolabente' brachio, dextra manu Victoriam laureæ' donatricem porrigit, læua summam hastam apprehendit. Apud cuius pedem dextrum Aquila explicatis alis stat. Inscriptio. P.M.TR.P.III. COS.II.P.P. Hincinde'. S—C. Nummum hunc æneum mediocrem in meo Musæo conseruo.

In una parte'.

47. Seuerus habetur laureatus, sinistrorsum respectans, cum hac inscriptione'. SEVERVS PARTH. MAX.

In altera.

Trophæa tria eriguntur similia, ex pileis, sagis militaribus, peltisq; comparata. Inscriptio. PONT.MAX. TR.P. COS.II. Subscriptio. DE PARTHIS. Nummum hunc æneum mediocrem apud Iulium Cæsarem Romæ' uidimus.

In una parte'

48. Seuerus sinistra regione' oculos dirigens, armatus, laureaq; decorus depictus est, cum inscriptione' huiusce modi. SEVERVS PIVS AVG.

In altera.

Nauis rostrata, dextrorsum uadit, quasi redux, remiges in foris sedent. Ad puppim Victoria, lauream Imp. in throno acrostoliato sedenti, offerens, stat. Hincinde' post Imp. signa duo militaria affixa sunt. Inscriptio est huiusmodi. P.M.TR.P. .X.. COS.III.P.P. Additum est ante' retroq; nauem. S—C. Hic nummus mediocri amplitudine' apud Sebastianum Erizum Venetum uideri poterit.

In una

In una parte.

49. Seuerus & Julia contigui adstant, sinistrorsum conuertentes, hæc aduerso uelatoq; illè; qui et armatus & laureatus est, auerso, pectoribus. Inscriptio uastata est .... CEN. CEOYHP. KAIC ....

In altera.

*Statua muliebris sub fornice tetrastylo, arcuato, (ita ut semicirculus lauri foliis ornatus sit) stat, seminuda, è pube in suras obiectum pedibus habens uelamentu, dextra manu hastam summam, sinistra cornucopiæ tenens, læuo ad hæc pedi subiectum humi barbarum conculcat. Inscriptio omnis intercidit. Hùc nummum æneum Romæ apud D. Antonium Augustinum media amplitudine uidi.

In una parte.

50. Seuerus depingitur laureatus, sinistro uultu, obuerso nonnihil dorso, detecto. Inscriptio. L. SEPT. SEV. PERT. AVG.

In altera.

Signa militaria tria hoc ordine sunt constituta, ut medium sit Aquila inter duo laureas. Circumscriptio EXPEDITIO AVG. infrà. EX. S.C. Nummum hunc aneum mediocrem Lugduni uidimus apud quend. Aurificem.

In una parte.

51. Seuerus prodit laureatus, læua facie, barbatus, obuerso collo, nudoq;. Inscriptio. L. SEPT. SEV. PERT. AVG. IMP. VII.

In altera.

Iuppiter

Iuppiter Opt. Max. nudus stat, sendone' tantùm è læuo brachio prolabente', dextra Victoriam præmiatricem porrigens, læua summam hastam adprehendens. hinc inde'. S—C. Apud dei pedem dextrum Aquila posita est. Circum'. P.M.TR.P. .... COS. II. P.P. Summum hunc æneum mediocri amplitudine' domi meæ' conseruo.

In una parte'.

52. Seuerus & Caracalla sese' inuicem intuentur, laureati thoracati, paludati, auersis pectoribus. Inscriptionis pars adparet .... K. ANT. AVGG.

In altera.

Templum est tetrapylon, quod scalis substructis aditur. Quo medio stantem Neptunum, arcem capite' gestantem, seminudum, dextra summam fuscinam tenentem, læua lateri adhibita, læuo pede' scopulum calcantem, Victoria è columna uicina, laurea corona donat. Subscriptum. COL. BER. Summum istum æneum mediocri amplitudine' domi custodio.

In una parte'.

53. Seuerus prodit laurea coronatus, læuo uultu, thoracatus, paludatus, conuerso dorso. Inscriptio. IMP. CAES. L. SEPT. SEV. PERT. AVG. PARTH. MAX.

In altera.

Victoria ad sinistram intentior, ambab. manibus Trophæum gerit, ex eorum spolijs collectum, quos hinc inde' in solo captiuos habet, casus suos, infortuniaq3 detestantes, pronis oribus, & attractis genib. Hinc inde'. S—C. Circumscriptio. P.M.TR.P.XVIII, COS. III. P.P. Summum æneum istum media amplitudine' Romæ apud D. Achillem Raphæum uidi.

In una

In una parte.

54. Seuerus occurrit laurea adornatus, sinistra facie, apto conuersoq3 modicè collo. Circumscriptio. SEVERVS PIVS AVG.

In altera.

Victoria curru quadrijugorum equorum sinistra uia inuehitur, dextra flagellum adigendis equis tenens, læua habenas. infrà. S-C. suprà. VICTORIAE AVGG. Nummum hunc æneum mediocrem Romæ uidi apud D. Achillem Maphæum.

In una parte.

55. Seuerus depingitur laureo ornatus serto, sinistrors. respectans, thoracem indutus ac paludamentum, contrario in intuentes dorso. Inscriptio. SEVERVS PIVS AVG.

In altera.

Templum dypilon adparet. In eius Vestibulo Seuerus & Caracalla ad aram mediam igne collucentem dextras iungunt, Sacrifici ille amictu, prætextatus, hic togatus, quorum medio loco conuersa stat Iulia, utrosq3 amplectens. Circumscriptio. SAECVLARES SACRA. Ab aræ lateribus. S-C. Nummum hunc æneum mediocrem domi ego in meo Musæo habeo.

In una parte.

56. Septimius Seuerus depingitur, corona coronatus laurea, sinistrorsum intuens, cum nominis titulo. IMP. CAES. L. SEPT. SEV. PERT. AVG. COS. II.

In altera.

Copiæcornua duo transuersim circa imas partes coniuncta,

coniuncta, mediam habent sphicam triticeam. Circumscriptio. FELICITAS TEMPORVM. Nummum hunc æneum paruum me aliquando conspicatum esse memini Lugduni apud Guilielmum Caulium.

In una parte.

57. Septimius Seuerus effigiatur laureatus, læua facie, cum nominis epigraphe. SEVERVS PIVS AVG.

In altera.

Neptunus nudus stat, cuius in femore dextro strophiolum tantum dependet: dextro pede rostrum calcans naues, læua summam tenens fuscinam. Inscriptio. P.M.TR.P. XVIII. COS. IIII.P.P. Nummum hunc æneum Lugduni nobis commonstrauit D. Guilielmus Caulius, mediocrem.

In una parte.

58. Seuerus effigiatur, laurea coronatus, læua facie, cum nominis encomio. IMP.C. SEVERVS P.F.AVG.

In altera.

Eques Imp. thoracatus, paludatus, scuto munitus prostratos humi barbaros, ueniam iunctis præcantes manib. librato altè telo confodit. Inscriptio. VIRTVS AVGG. ET CAESS. NN. infrà. TT. Nummum hunc æneu uidi Lugduni apud D. Guilielmum Caulium.

In una parte.

59. L. Septimius depingitur, laurea decorus, læue obtutu, cum nominis epigraphe. L. SEPT. SEVER. PERT. AVG. P.M.TR.P.

In altera.

Africa repræsentata, stolata stat nimirum, elephantinâ pellem

pellem capitè gestans, dextra ad latus abdita, læua plagam chlamydis attollens antè os. Ad pedem eius sinistrum adparet leo: Hinc inde S—C. Inscriptio, APHRICA. Nummum hunc æneum uidi Norimbergæ apud D. Bilibaldum Jmcuriam.

In una parte.

60. L. Septimij effigies est radiata corona illustrata, orè læuo, aperto collo, cum nominis Epigraphè. L. SEP. SEV. PERT. AVG. IMP. VIII.

In altera.

Securitatem repræsentari uideo, solio insidentem altiori, dextrorsum quæ est inclinatior, ad pubem usq; nuda dea, dextra sphæram cælestem, lato Zodiaco, ac stellis signatam, tenens, læuo cubito in sella incumbentè. Circumscriptio. SECVRITAS PVBLICA. infrà. S. C. Hunc nummum æreum uidi aliquando Norimbergæ, apd D. Georgium Landlerum LL. Doctorem.

In una parte.

61. L. Septimius occurrit laureatus, facie læua, thoracatus, ac paludatus, obuerso nonnihil dorso, cum tali inscriptione. AV. K. SI. A. CENT. CEOYHPOC.

In altera.

Templum tetrapylon est deformatum, arcuato Zophoro: ouiculato artificio. Subter quo stat palliata Dea, turritam habens in uertice corollam, dextra summa facem tangens, læua in femur summum recumbentè, cornucopiæ gestans; pede autem læuo sphyngem decubantem calcare uidetur. Inscriptionis aliquid parum supest. CTPA . . . infrà . . PA. Aereum hunc nummum mihi uisi memini Norimbergæ apud D. Georg. Landler. LL. Doctorem.

Seu.

Seu. Aenea laudabiliora.

In una parte.

1. Seuerus et Caracalla mutuum intuentur, disparibus capitis ornatu. Nam radiatus ille, thoracatus, paludatus, conuerso dorso effigiatur: hic laureatus, armatus, paludatus, pectore in nos obuio, imberbis adhuc est depictus. Circumscriptio sua cuique addita. IMP. CAES. L. SEPT. SEVER. PIVS PERT. AVG. COS... IMP. CAES. ANT. PIVS AVG. PR. IVV.

In altera.

Equitem Imp. laureatum, thoracatum, paludatum, caduceatoris forma, quem proximè eques sequitur labariser, galeatus, scutatusque, Gallia galeata, thoracata, ense cincta, dextra scutum ac hastam in humero gestans, præit dextrorsum, lauaque arreptum Imp. equum freno ducit. Subter Ductricis pede dextro statua uirilis nuda, salicea corona ornata, dextra urnæ inuersæ innixa, è qua aquæ copia scaturit. Post eam Aquilifer leonina tectus uertice pelle, signiferique duo galeata. Ante eam Pompam propugnaculum quodda adparet, cum turribus. Suprà. PONT. MAX. TR. POT. XV. COS. III. P. P. infrà. ADVENT. AVG. GALL. Hincinde. S—C. Nummum hunc aneum magnum Mantuæ apud Iulium Romanum conspexi.

In una parte.

2. Seuerus in dextra parte effigiatus, plena ætate, irradiatus, loricatus, aduerso pectore, paludamento in humeru

humerum reiecto, contiguos Caracallam & Getam ex opposito delineatos imberbes adhuc ferè obtuetur, laureatos, thoracatos, paludatos, quorum anteriòr conuertit dorsum. Superscriptio duplex est. IMP. CAES. L. SEPT. SEV. PIO PERT. ARAB. PARTHICO COS. III. P.P. S.P. Q.R. OPTIMO PRINCIPI. infrà. IMPP. INVICTI PII AVG. FIL.

In altera.

Pantheon iterum repræsentatum, uerum lateralí situ, (superiùs intuentibus directè patebat.) quod hinc inde rimas cum agat, ruiniegi uicinum uideatur, Imp. ad angulum dextrum stans, unà cum filio Caracalla, ambabus expansis manibus auxiliú præstant, Geta Vestibulo proximus itidem agit, et sustentat. Imo circum opus operæ adparent, damna ex uetustate accepta resarcientes. Introitum ædis occupat Iuppiter in stylobatè positus, una fulmen, altera hastile tenens. Hincinde. S-C. Circumscriptio planè corrosa fuit. Nummum hunc aneum Lugduni conspeximus, apud quendam nobilem.

In una parte.

3. Seuerus depingitur laurea candidatus, sinistrorsum obtuens, loricatus, paludatus, conuerso pectore, cum nominis Encomio. L. SEPTIMIVS SEVERVS PERTINAX AVG. IMP. III.

In altera.

Victoria ad sinistram celeriter currit, uolitante amictu, dextra Lauream porrigit, læua balmæ ramu ingentem fert. Circumscriptio. VICT. AVG. P.M.TR.P.III. COS. II. P.P. Nummum eum aneu quam maximè spectabile

S.L.

Spectabilem, latißimumq; Anaglyphon, memini me aliquando uidisse apud Hmum ac Rmum Cardinalem Farnesium Romæ.

In una parte.

4. Seuerus habetur aperto capite, sinistrorsum respiciens: conuerso toto pectore, paludamento in summum humerum læuum reiecto tantum, cum nominis elogio.

L. SEPTIMIVS SEVERVS PERTINAX AVG. IMP. VII.

In altera.

Fortuna tunicata, patagiata, in sella sedet eburnea, ad dextram intentior, dextra manu clauum gubernaculi in globo positi tenens, sinistra cornucopiæ. infrà. cos. II. inter sedis pedes rotam addidit Monetalis Duumuir. Summum hunc æreum eminentißimis figuris maximumq; Augustæ Vindelicorum apud D. Ioannem Jacobum Fuchez uidi.

In una parte.

5. Seuerus & Caracalla contigui effigiantur sinistris obtutibus. laureati ambo. Anterior thoracatus, ac paludatus, conuerso dorso, posterior togatus, pectore aspectui nostro contrario. Circumscriptio. IMP. INVICTI TRI AVGG.

In altera.

Victoria conuersa, uolitante habitu, apertis ambab. manibus, una lauream, altera palmæ ramum tenens, in ingenti armorum acerno superstans, hinc inde captiuos habet retroligatis manibus, contractis genibus, sublatis in Deam orib. animorum passiones exprimentes. Circumscriptio. VICTORIA PARTHICA

PARTHICA MAXIMA. Nummum hunc aeneum maximū, nonnihil contusum, Romæ in suburbio uidimus, apud quendam Antiquarium.

In una parte.

6. Seuerus effigiatur laureatus, læuo aspectu, thoracatus, paludatus, conuerso dorso, cum nominis Epigraphe'. L. SEPTIMIVS SEVERVS PERTINAX AVG. IMP. III.

In altera.

Suggestus latus in læuo angulo constructus est. c' quo Imp. Seuerus, retrò astantibus Geta ac Caracalla, Carmati omnes sunt, ac laureati, hastatiq; apud milites in corona stantes, quorum in medio ordine labarifer, signiferiq; duo cernuntur: concionatur. infrà legitur. FIDEI MILIT. Circumscriptio. PONT. MAX. TR. P. . . . COS. II. P.P. Nummum hunc aneum amplißimum, perelegantem Antonietus Romanus Antiquarius nobis ostendit.

In una parte.

7. Septimius Seuerus uidetur laureatus, læuo aspectu, thoracem indutus ac paludamentum, obuerso dorso, cum nominis Epigraphe'. L. SEPTIMIVS SEVERVS PERTINAX AVG. IMP. III.

In altera.

Mauritania stolata, bis cincta, capitulum gerens capite', generosum equum dextrorsum euntem loro retinet, læua cornucopiæ'. Hincinde'. S-C. infrà. MAVRITANIA. Nummum hunc aneum uidere' me' contigit Romæ' apud D. Achillem Maphæum.

In una parte.

Seueri

8. Seueri facies est laureata, sæuo obtutu, thoracata, ac paludata, cum nominis Epigraphe. SEVERVS PIVS AVG.

In altera.

Fides repræsentata, aduersa, tunicata, patagiata, ambabus manibus duo tenet signa militaria, labara nimirum. Inscriptio. FIDES MILITVM. Nummum hunc æneum domi meæ habeo.

In una parte.

9. Septimius Seuerus habetur aperto capite, sæuo obtutu, cum magnifico titulo. DIVO SEVERO PIO.

In altera.

Aquila explicatis late alis in globo insistit. Circumscriptio. CONSECRATIO. Nummum hunc æneum domi meæ habeo.

Argentea.

Argentea. 1610.

In una parte.

1. Seuerus cernitur laurea decorus, læuo obtutu oris, cum nominis Epigraphe. SEVERVS PIVS AVG.

In altera.

Leo statuam muliebrem, tergo sedentem, conuersa, dextra fulmen tenentem, ad sinistram uehit, ue- luti flumen latum persiliens. Circumscriptio. INDVLGENTIA AVGG. infra. IN CARTH. Nummus hic argenteus à me uisus est Augustæ Vindelicor. apud D. Joannem Jacobum Fuccherum.

In una parte.

2. Seuerus uidetur laurea ornatus serto, sinistror. respiciens, obuerso nonnihil collo. Inscriptio. SEVERVS AVG. PART. MAX.

In altera.

Victoria turrita corona ornata, uolitante habitu, ad dextram uiam tendit, utraq; manu sertum laureum gestans. Ante quam laurea corona in stylobate est posita. Circumscriptio. P.M. TR. P. VIII. COS. II. P.P. Hunc nummum Argenteum uidi Augustæ Vindelicorum apud D. Joannem Jacobum Fuccherum

In una parte.

3. Seuerus facie sinistra effigiatur, laurea insignis, de- nudato collo, conuerso nonnihil, cum nominis epigra- phe. L. SEPT. SEV. PERT. AVG.

In altera.

Fortuna tunicam patagiumq; induta in eburnea se- dens

S. L. itf.

sella, dextra clauum gubernaculi globo insistentis tenet, laeua cornucopiae. circumscriptio. FORTVNAE REDVCI. Argenteum hunc nummum memini me Romae manibus contrectasse apud D. Achillem Maphaeum.

In una parte.

4. Seuerus prodit laurea donatus, sinistra facie, aperto collo, cum nominis memoria. L. SEPT. SEV. PERT. AVG. IMP. VII.

In altera.

Iuppiter in eburnea sella sedens, seminudus, dextra Victoriam praemiatricem porrigit, laeua summam hastam tenet. circumscriptio. P.M. TR. P. II. COS. II. P.P. Hunc nummum argenteum Augustae Vindelicorum apud D. Ioannem Jacobum Fucherum vidi.

In una parte.

5. Seuerus conspicitur laurea decorus, sinistro aspectu, conuerso modice collo. Inscriptio. SEVERVS PIVS AVG.

In altera.

Iuppiter Conseruator conuersus, nudus, laeua in utrumque cubitum abuoluta, explicata post dorsum dextra fulmen habet, laeua summam hastam. Lumini hinc inde adstant colluentes pueruli, nimirum Geta & Caracalla eius custodiae demandati, nam alter laeuae limbum tangit implicatque, alter hastae manus adiicit ambas. circumscriptio. P.M. TR. P. XVII. COS. III. P.P. Argenteum hunc nummum Augustae Vindelicorum me vidisse memini apud D. Ioannem Jacobum Fuccherum.

In una parte.

Seuerus

6. Seuerus cernitur laurea coronatus, læuo aspectu, conuerso dorso, denudatoq; cum nominis monumento. SEVERVS PIVS AVG.

In altera.

Annona stat tunicata, patagiata, dextra tesseram commonstrans, læua cornucopiæ. Circum. LIBERALIT. AVG. VI. Argenteum hunc nummum D. Achilles Maphæus Romæ nobis ostendit.

In una parte.

7. Seuerus depingitur laurea, læuo ore, thoracem induitus ac paludamentum, aduertens ad intuentè pectus, cum nominis inscriptione. IMP. C. SEVERVS P. F. AVG.

In altera.

Mars Victor stat prebè armatus, galeatus, una manu Victoriam tenens præmiatricem, altera hastam, cubito in grandè scutum innitens. Inscriptio. VIRTVS AVG. Nummum hunc argenteum uidi Lugduni apud D. Gulielmum Cauliu.

In una parte.

8. Seuerus cernitur laureatus, sinistro ore, aperto collo, cum nominis commendatione. L. SEPT. SEV. PIVS AVG. IMP. VIII.

In altera.

Fortuna tunicata, patagiata, ad dextram intentior, dextra clauum gubernaculi in globo positi regit, læua tenet Cornucopiæ. Circumscriptio. FORTVNAE REDVCI. Nummus hic argenteus mihi uisus est Augustæ Vindelicor. apud D. Joem Jacob. Fuccherum.

In una

In una parte.

9. Seuerus depingitur laurea decoratus, læua facie, cum addito eiusdem nomine. SEVERVS PIVS AVG.

In altera.

Ludi, apud Romanos ab Imp. celebrari soliti, signo tenus exprimuntur. Supremo loco quadrigarum factiones uidentur, deinde Triga, hinc equus. medium locum nauis armata, dextrorsum remis, ad transtra collocatis, impulsa occupat: in qua et suppararum appensum, lilium, seu flos, deinde Saeculares, ima tenet leo, Tygris, lupus, boues, canes, aliaq; eius generis animantia. Inscriptio est huiusmodi. LAETITIA TEMPORVM. Hunc numinum argenteum apud Stephanum Magnum conspeximus Venetijs.

In una parte.

10. Seuerus uidetur laurea ornatus, obiutu oris sinistro, cum nominis elogio. IMP. CAES. L. SEPT. SEV. PERT. AVG. COS. P.P.

In altera.

Fortuna tunicata, patagiataq; stans, humi palmæ defigit dextra, læua cornucopiæ tenet. Circumscriptio. FORTVN. REDVC. Nummus hic argenteus Romæ est apud D. Achillem Maphæum.

In una parte.

11. Seuerus uidetur laurea decorus, sinistro uultu, denudato collo, conuerso nemihil. Inscriptio. SEVERVS PIVS AVG. BRIT.

In altera.

Concordiæ simulachrum conuersum, tunicatum, patagiatum,

dextra lauaq; manibus signa tenet militaria. Circumscriptio. PONTIF. TR.P.II. COS. II.P.P. Argenteum hunc nummum uidi Romæ apud D. Achillem Maphæum.

In una parte.

12. Seuerus cernitur laureo ornatus serto, læuo aspectu, aperto collo, cum nominis Epigraphe. SEVERVS AVG. PART. MAX.

In altera.

Imp. armatus, paludatus, conuersus, dextra patinam in aram succensam, sacrificans dimittit, læua summu telum inuersum tenet. Circumscriptio. RESTITVTOR VRBIS. Argenteum hunc nummum Augustæ Vindelicorum apud D. Joannem Jacobum Fuccherum me uidisse recordor.

In una parte.

13. Seuerus cernitur laurea candidatus, sinistro uultu, barbatus, aduerso summo dorso, apertoq;. Inscriptio. SEVERVS PIVS AVG. BRIT.

In altera.

Victoria sinistrum itinrer ingreditur, uolitante habitu, dextra lauream altè ostentans, læua palmà portans. Circumscriptio. VICTORIAE BRIT. Summum hunc argenteum Augustæ Vindelicor. apud D. Joann. Jacobum Fuccherum conspeximus.

In una parte.

14. Seuerus prodit laurea donatus, sinistro ore, conuerso modicè collo, denudatoq;, cum nominis Encomio. SEVERVS PIVS AVG.

In altera.

Africa

Africa repræsentatur, elephantinam pellem capite' portans, cuius promuscis in sublime' educitur, dextra adsemur demissa, læua ante' pectus pellem in sinum complicans. Apud eius læuum pedem Leo cubat. Circumscriptio. P.M.TR.P.XVI. COS.III.P.P. Argenteum hunc nummũ Augustæ Vindelicorum apud D. Joannem Jacobum Fuccherum uidimus.

In una parte'.

15. Seuerus depingitur laurea conspicuus, læuo aspectu, thoracatus, paludatus, obuerso dorso. Inscriptio. SEVERVS PIVS AVG. P.M. TR.P.X.

In altera.

Caracalla & Geta fratres, imberbes ambo, mutuum intuentes, thoracibus induti, paludati, alter dorso, alter pectore' aduersis, mediam habent matrem Juliã, conuersam, contecto pectore'. Inscriptio. FELICITAS SAECVLI. Argenteum hunc nummum in Thesauris suis seruat D. Joannes Jacobus Fuccherus Augustæ Vindelicorum.

In una parte'.

16. Seuerus depingitur laureatus, sinistro uultu, aperto conuersoq; modice' collo. Inscriptio. L.SEPT.SEV.AVG. IMP.XI. PART.MAX.

In altera.

Victoria dextrorsum properans, uolitante' amictu, dextra lauream porrigit, læua trophæum portat; ad pedem dextrum præterea habet captiuum Parthum, manib. post terga ligatis, sublapsa facie', grauiterq; eiulantem. Circumscriptio. VICT. PARTHICAE. Nummũ hunc argteum Augustæ Vindelicorum apud D. Joan. Jacob. Fuccherum uidi'.

In una

In una parte.

17. Seuerus obuius est laurea corona ornatus, sinistrorsum obtuens, aperto collo, conuerso nonnihil, cum nominis Epigraphe. IMP. CAES. L. SEPT. SEVERVS PIVS AVG.

In altera.

Libertatis signum tunicatum, patagiatum, conuersu stat, una pileum, altera cornucopiæ tenens. Circumscriptio. LIBERTAS AVGG. Nummus hic argenteus Romæ apud D. Achillem Maphæum à me uisus est.

In una parte.

18. Seuerus uidetur laurea ornatus, sinistrorsum respectans, aperto collo, cum nominis epigraphe. L. SEPT. SEV. PERT. AVG. IMP. . . .

In altera.

Mars pacatus nudus, in dextram ore uerso, dextra cliuæ ramum tenet, læua inuersum telum, pede dextro in stylobate imposito. Inscriptio. MART. PACIFE. Nummum hunc argenteum Romæ apud D. Achillé Maphæum uidimus.

In una parte.

19. Seuerus et Caracalla contrarijs aspectib. effigiati sunt. À dextris pater laurea, thorace, ac paludamento insignis. Ex opposito filius pari ornatu, et amictu, aduersis pectoribus ambo. Circumscriptio. AETERNIT. IMPERI.

In altera.

Geta puer adhuc depingitur aperto capite, thoracatus, paludatus, conuerso dorso, læuo uultu. Inscriptio. P. SEPT. GETA CAES. PONT. Nummum hunc Argteum

Augustæ

Augustæ Vindelicorum apud D. Joannem Jacobum Fuccherum sum conspicatus.

In una parte.

20. Seuerus effigiatur laurea candidatus, barbatus, ore sinistro, aperte collo, cum nominis circumscriptione. L. SEP. SEV. PERT. AVG. COS. II.

In altera.

Trophæum insigne è variis appensis armis comparatum, ac è respersis hinc inde plurimis spolijs, medium. Circumscriptio. INVICTO IMP. Hummus hic argteq Romæ apud D. Achillem Maphæum à me visus est.

In una parte.

21. Seuerus depingitur laureatus, læua facie, aperto collo, conuerso modicè, cum nominis Epigraphe. L. SEP. SEV. PERT. AVG. IMP. VIII.

In altera.

Eques armatus, paludatus, porrecta dextra altissimè caduceatoris gestu, sinistrorsum è equitat. ADVENTVI AVG. FELICISSIMO. Hummum hunc argenteum Augustæ Vindelicorum apud D. Joann. Jacob. Fuccherū uidimus.

In una parte.

22. Seuerus effigiatur, laurea ornatus corona, sinistra facie, aperto collo, modicè conuerso. Inscriptio. SEVERVS PIVS AVG.

In altera.

Votiua sacra facit Imp. Seuerus, prætexta sacra amictus, dextra patinam in accensa ara tenens, læua scheadam. Circumscriptio. VOTA SVSCEPTA XX. Nummum hunc argeum Romæ apud D. Achill. Maphæum uidimus.

In una

In una parte.

23. Seuerus effigiatur laureatus, sinistro ore, aperto, conuerso modicè collo, cum nominis monumento. IMP. CAES. L. SEPT. SEV. PERT. AVG. COS. II.

In altera.

Virtus tunicam breuem induta, galeata, ocreata, dextra telum summum inuersum tenet, laua circa femur parazonium, laeuo pede globum calcans. Circumscriptio. VIRTVTI AVG. Argenteus hic nummus in bonis D. Ioannis Jacobi Fuccheri Augustæ Vindelicorum à me adeptus, uisus est.

In una parte.

24. Seuerus occurrit laureatus, laeuo ore, barbatus, denudato collo, conuerso modicè, cum nominis circumscriptione. L. SEPT. SEV. PERT. AVG.

In altera.

Minerua galeata stat, tunicata, totum pectus opposito clypeo, ac telo tegens, ac si de aduentu mox hoste cogitaret. Circumscriptio. P.M. TR. P. III. cos.... Hic nummus argenteus Romæ à me uisus est apud D. Achillem Maphæum.

In una parte.

25. Seuerus Laureatus, ore sinistro, conuerso modicè dorso cum nominis Epigraphe. L. SEPT. SEVERVS PERT. AVG. P.M. IMP. XI.

In altera.

Victoria celo passu uiam dextram carpit, tunica uolitante, coronam dextra fert lauream, laeua palmæ ramum. Circumscriptio. VICT. AVG. cos. II. P. P. Argenteum eum nummū habet D. Joes Jacob. Fuccher. August. Vindelic.

In una

In una parte.

26. Seuerus obuius sit laurea candidatus, sinistro orè conuerso modicè collo, cum nominis Epigraphe. SEVERVS PIVS AVG.

In altera.

Annona tunicata, patagiata, conuersa stat, una teßeram, altera cornucopiæ habens. Circumscriptio. LIBERALIT. AVGVST. Argenteum hunc nummū Romæ apud D. Achillem Maphæum uidi.

In una parte.

27. Seuerus laureatus adest, sinistra facie, obuerso nonihil dorso, apertoq; cum nominis monumento. SEVERVS AVG. PART. MAX.

In altera.

Virtutis imago tunicata, galeata, dextra laureæ donatricem victoriolam tenens, læua in summo clypeo imposita, qua simul telum retinet. Inscriptio. VIRT. AVGG. Argenteum hunc nummum Romæ inter Antiquitates D. Achillis Maphæi conspeximus.

In una parte.

28. Seuerus occurrit laurea coronatus, ad lęuam respectans, nudato collo, obuersoq;. Inscriptio. SEVERVS PIVS AVG.

In altera.

Pacis assertor Imp. prætextatus stat, una oleagineum ramum alte educens, ostentansq;, altera scheedam tenens. Circumscriptio. FVNDATOR PACIS. Num ipse argenteus à me uisus est Augustæ Vindelicorum apud D. Joannem Jacobum Fuccherum. & Romæ apud Achillem Maphæum.

In una

In una parte.

29. Seuerus habetur laurea coronatus, læuo aſpectu, conuerſo perparum dorſo, denudatoq; . Inſcriptio. SEVERVS PIVS AVG.

In altera.

Iuppiter nudus, conuerſus ſtat, dextra fulmen demittés, læua ſummam haſtam apprehendens. Ad dei pedem dextrum miniſterijs efficioſa auis poſita. Circum. P.M.TR.P.XVII. COS.III.P.P. Nummus hic argenteus à me uiſus eſt Augustæ Vindelicorum apud D. Dem Iacobum Fuccherum.

In una parte.

30. Seuerus adeſt laurea candidatus, obtutu læuo, detecto collo, cum nominis circumſcriptione. SEVERVS PIVS AVG.

In altera.

Æternitatis imago, tutulata, uelataq;, tunicata, pallagiata, dextra phœnicem ſuſtinet, læua in ſolij, quo ſedet, ſponda innitens, ſcabello pedibus ſuppoſito. Circumſcriptio. P.M.TR.P.XVIII. COS.III.P.P. Nummū hunc argenteum Augustæ Vindelicorum apud Dñm Ioannem Iacobum Fuccherum, Jum conſpicatus.

In una parte.

31. Seuerus occurrit laurea coronatus, ſiniſtra facie, detecto collo, modice obuerſo. Inſcriptio. SEVERVS PIVS AVG.

In altera.

Boni euentus deus nudus ſtat, conuerſus, dextra patinam in ara tenet, læua ſpicas deorſum ueluti deijcit. Circumſcriptio. P.M.TR.P.XII. COS.II.P.P. Argenteum hunc nummum Romæ apud D. Achillem Maphæum uidi.

In una

16-21.

In una parte.

32. Seuerus prodit laurea ornatus, læuo ore, denudato collo, conuerso nonnihil, cum nominis memoria. SEVERVS PIVS AVG.

In altera.

Ceres tunicam, patagiumq; induta, dextra ſpicas, papaueraq; in ſubiectum ueluti proiicit congium, læua cornucopiæ ad latus continet. Circum. P.M.TR.P. XIII. COS.III.P.P. Nummum eum argenteum in theſauris D. Ioannis Iacobi Fuccheri Auguſtæ Vindelicorum.

In una parte.

33. Seuerus conſpicitur laureatus, læua facie, barbatus, detecto collo, conuerſo modicè, cum nominis commendatione. IMP. CAES. L. SEPT. SEV. PERT. AVG. COS. II.

In altera.

Ceres ſtolata conuerſa, dextra patinam frugib. plenam offert, læua ſpicas deorſum proiicit. Circumſcriptio. BONI EVENTVS. Nummum hunc argenteum apud D. Ionnem Iacobum Fuccherum uidi Auguſtæ Vin.

In una parte.

34. Seuerus uidetur laurea ornatus, læua facie, detecto collo, conuerſo nonnihil. Inſcriptio. SEVERVS PIVS AVG.

In altera.

Trophæo ingenti, è multis armis collecto, hinc inde humi captiui ſedent, pronis ueſtibus, animorum paſſiones exprimentes, doloresq; profundos atteſtantes. Circum. VICT. AVG. P.M.TR.P.VIII. Nummum hunc argeum uidi Auguſtæ Vindelicorum apud D. Ioannem Iacobum Fuccherum.

In una

In una parte'.

35. Seuerus uidetur laureatus, sinistro obtutu, aperto dorso, obuersoq3, cum nominis epigraphe'. L. SEPT. SEV. PERT. AVG. IMP. VIII.

In altera.

Eques Imp. thoracatus, paludatus, dextra telum librans, sinistrorsum equitat, ad expeditionem instructam. Circumscriptio. PROFECTIO AVG. Nummum hunc argenteum uidi Romæ apud D. Joannem Jacobum Fuccherum Augustæ Vindelicorum.

In una parte'.

36. Seuerus cernitur laurea donatus, læuo obtutu, aperto collo, cum nominis Encomio. L. SEPT. SEV. PERT. AVG. IMP. X.

In altera.

Pax tunicata, patagiata, in solio sedet eburneo, dextra oliuæ ramum commonstrans, læua tenens signum militare'. Circumscriptio. PACI AETERNAE. Argenteum hunc nummum uidi apud D. Joannē Jacobum Fuccherum Augustæ Vindelicorum.

In una parte'.

37. Seuerus occurrit laureatus, læuo obtutu, denudato collo, obuerso paruumper, cum nominis Epigraphe'. SEVERVS PIVS AVG.

In altera.

Fortuna tunicam, ac patagium induta in sella sedens, dextra clauum gubernaculi in globum positi regens, sinistra tenens Cornucopiæ. Circumscriptio. FORTVNA REDVX. Nummus hic argenteus Romæ à me uisus, apud D. Achillem Maphæum.

In una

S. M.

In una parte.

38. Seuerus uidetur laurea insignitus, læuo obtutu oris, barbatus, conuerso dorso, denudato. Inscriptio. SEVERVS PIVS AVG.

In altera.

Concordia in sella sedet, tutulata, tunicata, patagiata, dextra tenens patinam, sinistra summam hastam. Circumscriptio. P.M.TR.P.XVI. COS.III.P.P. Nummum eum argenteum Augustæ Vindelicorum apud D. Joannem Jacobum Fuccherum uidimus.

In una parte.

39. Seuerus adest laurea candidatus, sinistro uultu, apto obuersoq; collo, cum nominis commendatione. Inscriptio. SEVERVS PIVS AVG.

In altera.

Iuppiter fulminator nudus stat, uolitante ad tergum læua, dextra elata, fulmen iaculanti similis, læua sceptrum habens. Circumscriptio. P.M.TR.P. XVII. COS.III.P.P. Nummus hic argenteus à me Augustæ Vindelicorum usus est, apud D. Joannem Jacobum Fuccherum.

In una parte.

40. Seuerus procit laurea coronatus, sinistro uultu, denudato collo, obuerso nonnihil, cum nois adscriptione. L.SEPT.SEV.PERT.AVG.IMP.III.

In altera.

Bacchus hedera coronatus, conuersus, nudusq; stat, tenui tantùm uelamento à læuo brachio prolabente, dextra cantharum inuertit, potandæ tigri qua ad

eius

eius pedem assidet dextrum, supina fauce, aperta, excipiendi liquoris gratia. Læua summum thyrsum habet. Circum. LIBERO PATRI. Argenteum eum nummum me uidisse recordor Augustæ Vindelicorum, apud D. Joan. Jacobum Fuccherum.

In una parte

41. Severus prodit laurea coronatus, sinistrorsum respectans, aperto collo, conuerso modicè. Inscriptio. L. SEPT. SEV. PERT. AVG.

In altera.

Oriens irradiatus conuersus, nudata meliori corporis parte, strophiolo per brachium læuum relabente, dextra in sublime ad cælum educta, læua scutica tenens. Circumscriptionis pars ea est .... cos. II. P. P. Hunc nummum argenteum Romæ apud D. Achill. Maphæum uidimus.

In una parte.

42. Severus procedit laurea decorus, sinistro uultu, apto collo, cum nominis Epigraphe. L. SEPT. SEV. PERT. AVG. COS. II.

In altera.

Pugnes Imp. armatus probè, paludamento uolitante, ad dextram uiam intendit, dextra paraxonium retinens, læua lorum. Circumscriptio. S. P. Q. R. OPTIMO PRINCIPI. Nummum hunc argenteum Augustæ apud D. Joannem Jacobum Fuccherum uidimus.

In una parte.

43. Severus cernitur lauro redimitus, læuo ore, conuerso dorso,

dorso, apertoq3, cum nominis Epigraphe'. L. SEPT. SEV. PERT. AVG.

In altera.

Iuppiter Conseruator conuersus stat, pallio in tergum dilabente', dextra fulmen, palliumq3 pariter extendit. Cui sub qua positus Imp. laureatus, togatus, una lauream, altera parazonium tenens, tutus, securusq3 numinis auxilio manet) læua hastile' habet. Circumscriptio IOVI CONSERVATORI. Argenteum eum nummum habet Romæ Dñs Achilles Maphæus.

In una parte.

44. Seuerus prodit Laurea candidatus, sinistrorsum respectas, conuerso modicè dorso, apertoq3. Inscriptio. IMP. CAES. L. SEPT. SEV. PERT. AVG.

In altera.

Neptunus conuersus stat, deflexo ad sinistram uultu, pallio partim per dorsum relabente', partim in femur dextrum recumbente', cui dextra manu innititur, pede' rostrum calcans nauis dextro, sinistra manu sublimem fuscinam continet. Circumscriptio. P. M. TR. P. XVII. COS. III. P. P. Nummum hunc argenteum uidi Lugduni apud Abbatem D. Irenæi.

In una parte.

45. Seuerus cernitur Laureo ornatus serto, sinistro aspectu, conuerso dorso, denudatoq3, cum nominis Epigraphe'. L. SEPT. SEV. PERT. AVG. IMP. IIII.

In altera.

Mars galeatus, nudus, strophio duntaxat lumbis præcinctus, hinc inde' uolitante', dextra spiculum fert, læua tropheum in humerum demittit, sinistrorsum pergens.

Inscriptio.

Inscriptio. MARS PATER. Nummum hunc argenteum Augustæ Vindelicorum apud D. Joannem Jacob. Fuccherū sum conspicatus.

In una parte.

46. Seuerus uidetur Laurea coronatus, laua facie, denudato collo, conuerso modicè, cum nominis circumscriptione, L. SEPT. SEV. PERT. AVG.

In altera.

Pax tunicata, patagiataq; stans, una oliuæ ramum, altera caduceum habet. Circumscriptio. PAX ORBIS TERRARVM. Augustæ Vindelicorum Argenteum hunc nummum apud D. Joannem Jacobum Fuccherum sum conspicatus.

In una parte.

47. Seuerus cernitur Laureatus, læuo obtutu, aperto collo, cum nominis Encomio. L. SEPT. SEV. PERT. AVG. IMP. VIII.

In altera.

Hercules leonina pelle, pectori obuincta, deinde in dorsum brachiumq; læuum prolabente, tectus: conuersus, dextra clauam tenet, læua globum porrigit. Circumscriptio. HERCVLI ADVENAE. Nummum hic argenteum Augustæ Vindelicorum apud D. Joannem Jacobum Fuccherum uidi.

In una parte.

48. Seuerus Laureatus obuius sit, sinistro uultu, aperto collo, cum nominis Elogio. L. SEPT. SEV. PERT. AVG. IMP. X.

In altera.

Annona conuersa, tunicam, patagiumq; induta, una

spicas

Spicas papauerq3 in proximam à dextris nauim uelut iniicit, læua Cornucopiæ tenet. Circumscriptio. ANNONAE AVGG. Argenteum eum nummum Augustæ uidi Vindelicorum, apud D. Joann. Jacob. Fuccherum.

In una parte.

49. Seuerus habetur Laureatus, ore sinistro, obuerso collo, denudato, cum nominis Epigraphe. IMP. CAES. L. SEPT. SEV. PERT. AVG.

In altera.

Hercules Leonina pelle, qua humeros tegit, in læuum brachium reiecta, conuersus, dextra clauam tenet humi decussatim impressam, læuaq3 globum porrigit. Circumscriptio. FORTITVDO AVG. INVICTA. Hunc nummum argenteum Augustæ uidimus apud D. Joann. Jacobum Fuccherum.

In una parte.

50. Seuerus depingitur Laureatus, læua facie, obuerso collo, denudato, cum nominis Epigraphe. L. SEPT. SEV. PERT. AVG.

In altera.

Pacis simulachrum in sella sedet sublimi, tunica, ac pallio insigne, dextra ramum oliuæ tenens, sinistra hastile. Inscriptio. PACI AETERNAE. Cum nummum argenteum Romæ apud D. Achillem Maphæum uidimus.

In una parte.

51. Seuerus procit Laureatus, læuo uultu, aperto collo, conuerso nonnihil, cum nominis commendatione. IMP. CAES. L. SEPT. SEV. PERT. AVG.

In altera.

1628.

In altera.

Signa tria militaria ordine' defiguntur in solum, ita, ut Aquila inter Laureas media sit. Circum. LEG. XIII. GEMM. V. infrà. TR. P. COS. Argenteus iste' solidus à me' visus est Romæ' apud D. Achillem Maphæum.

In una parte'.

52. Seuerus cernitur laurea decoratus, sinistro umero, aperto collo, conuersoq; cum nominis epigraphe'. IMP. CAES. L. SEPT. SEV. PERT. AVG. COS. II.

In altera,

Signa tria militaria in terram fixa sunt. Inter Laureas Aquila. Circumscriptio. LEG. XIII. GEMM. V. infrà. TR. P. COS. Nummum hunc argenteum apud D. Joannem Jacobum Fuccherum Augustæ' Vindelicor. uicispe' mee' recordor.

In una parte'.

53. Seuerus prodit Laurea candidatus, sinistra facie', collo detecto, conuerso modicè Inscriptio. L. SEPT. SEV. AVG. IMP. PART. MAX.

In altera.

Mars victor seminudus, galeatus, dextram in scutum immittit, læua telum tenet. Circumscriptio. MARTI VICTORI. Argenteum hunc nummum Romæ' apud D. Achillem Maphæum sum conspicatus.

In una parte'.

54. Seuerus prodit laureatus, sinistro ore', conuerso denudatoq; collo. Inscriptio. IMP. CAES. L. SEPT. SEV. AVG. PART. MAX.

In altera.

Pax
S. M. iiij.

Pax tutulata, tunicata, patagiata in sella sedens, scabello pedibus subiecto, fulcita, dextra ramum oliuæ tenens, læua hastile. Circumscriptio. PAX AVG. Nummum eum argenteum vidi Augustæ Vindelicorum apud D. Joannem Jacobum Fuccherum.

In una parte.

55. Seuerus occurrit laurea donatus, læuo obtutu, apto conuerso nonnihil collo, cum nominis Epigraphe. SEVERVS PIVS AVG.

In altera.

Victoria ad pubem nuda, pede læuo galeam calcãs, trunco Lauri clypeum impositum clarè gestis rer. monumentis signat. Circumscriptio. P.M.TR.P.XV. cos.II. P.P. Nummum eum argenteum vidi apud D. Joannem Jacobum Fuccherum Augustæ Vindelic.

In una parte.

56. Seuerus laurea coronatus, sinistro ore occurrit, conuerso apertoq; collo, cum nominis Inscriptione. L. SEPT. SEV. PERT. AVG. IMP. XV. PART. MAX.

In altera.

Victoria dextrum iter ingreditur, uolitante tunica, dextra lauream porrigens, læua palmæ ramum tenens. Circumscriptio. cos. II. Nummũ eum argenteum Romæ apud D. Achillem Maphæum sum conspicatus.

In una parte.

57. Seuerus depingitur laureatus, sinistra facie, apto collo, cum nominis Epigraphe. L. SEPT. SEV. PERT. AVG. IMP. VIII.

In altera.

In altera.

Ceres tunicata, patagiata, in eburnea sedens sella, una manu spicas deorsum ueluti dejicit, læua scipionem tenet. Circumscriptio. P.M.TR.P.V. COS.II.P.P. Hùc nummum argenteum Augustæ Vindelicor. apud D. Joannem Jacobum Fuccherum uidimus.

In una parte.

58. Seuerus cernitur laureatus, sinistro aspectu, obuerso collo. Inscriptio. L.SEPT.SEV.PERT.AVG.P.M.IMP.XI.

In altera.

Victoria celerrimo passu dextrorsum currit, uolitante tunica, dextra lauream porrigens, læua palmam tenens. Inscriptio. VICT.AVG. COS.I.P.P. Nummum eum argenteum apud D. Joannem Jacobum Fuccherum manibus tractaui, Augustæ Vindelicorum.

In una parte.

59. Seuerus effigiatur laurea ornatus corona, sinistro uultu, barbatus, detecto collo, cum nouis Epigraphe. L.SEPT.SEV.PERT.AVG. IMP.VIII.

In altera.

Pacis simulachrum tunicatum, patagiatum, in sella sedens eburnea, dextra demissiore olivæ ramum tenens, læua hastam. Circumscriptio. P.M.TR.P.... cos.II.P.P. Argenteum eum nummum Romæ apud D. Achillem Maphæum uidi.

In una parte.

60. Seuerus obuias est laurea donatus, sinistrorsum obtuens, nudo collo, modicè conuerso. Inscriptio. IMP.CAES.L.SEPT.SEV.PERT.AVG.

In altera.

In altera.

Virtus tunica breui inducta, exerta papilla dextra, galeâ cristatam capitè gestans, dextra laureæ datricem Victoriam tenet, sinistra summam hastam corripit. Circumscriptio. VIRT... AVG. COS. Nummus hic argẽteus Augustæ Vindelicorum à mè uisus est apud D. Jõem Jacobum Fuccherum.

In una parte.

61. Seuerus occurrit laurea insignis, læuo aspectu, obuerso dorso, denudatoq; Inscriptio. L. SEPT. SEV. PERT. AVG.

In altera.

Salus tutulata, tunicata, patagiata, in sella eburnea sedens, dextra patinam tenet, læua summam hastã. Circumscriptio. SALVS PERPETVA AVG. Nummum eum argenteum Augustæ Vindelicor. uidi apud eo. Joann. Jacob. Fuccherum, atq; delineaui.

In una parte.

62. Seuerus depingitur, apertis capitè & collo, obtutu sinistro, cum nominis Epigraphè. DIVO SEVERO PIO.

In altera.

Aquila explicatis alis, detorto dextrorsum rostro, in globo posita est. A sinistris insignior stella est impressa. Circumscriptio. CONSECRATIO. Argenteus hic nummus à mè Augustæ Vindelicorum apud D. Joannem Jacobum Fuccherum uisus est.

In una parte.

63. Seuerus occurrit laureo ornatus serto, obtuens sinistrorsum, conuerso, denudatoq; collo, cum nominis commendatione. IMP. CAES. L. SEPT. SEV. PERT. AVG.

In altera.

In altera.

Vesta amictu candido, puroq; sedens in sella, tapete aureo strata, dextra sympullum profert, sæua sumaq; hastam tenet. Circumscriptio. P.M.TR.P. XVI. COS. II. P.P. Nummum eum argenteum vidi Augustæ Vindelicorum apud D. Joannem Jacobum Fuccherum.

In una parte.

64. Seuerus conspicitur laureatus, sæua facie, conuerso paululum dorso, denudatoq;. Inscriptio. L. SEPT. SEV. AVG. IMP. VIII.

In altera.

Annona, seu Ceres in solio sedens, tunicam ac pallium induta, dextra tenet cornucopiæ, sæuo cubito insistit scipionem innixa. Circumscriptio. P.M.TR.P.XVIII. COS. II. P.P. Nummum eum argenteum vidi apud D. Achillem Maphæum Romæ.

In una parte.

65. Seuerus occurrit laureatus, sinistro aspectu, conuerso dorso, denudatoq;, cum nominis Epigraphe. L. SEPT. SEV. PERT. AVG.
Juno stolam inducta, ac latam cychladem, stans, una patinam habet auream, altera summam hastam. Ante deam pauo adparet. Inscriptio. IVNO. Nũmo hic argenteus à me uisus est aliquando apud D. Joem Jacobum Fuccherum Augustæ Vindelicorum.

In una parte.

12. Julia occurrit facie læua, præstantißima forma, capillo calamistrato, ad cervicem in nodum illigato aureum; operto pectore, cum nõis Epigraphe. IVLIA AVGVSTA.

In altera.

Venus Victrix ad pubem nuda in columnam subiectã innititur, dextra tenens cristatam galeam: Ad pedem Deæ dextrum scutum adparet. Inscriptio. VENVS VICTRIX. Nummum hunc argenteum uidi Augustæ Vindelic. apud D. Joannem Jacobum Fuccherum.

In una parte.

13. Julia cernitur eadem oris uenustate, & forma, cultu uestis, & nominis honoratione. ut suprà.

In altera.

Venus felix ad dextram uiam ire uidetur stolata, una porrigens globum, altera uelamentum, quod è capite prolabitur in humeros, modicè attollens. Inscriptio. VENVS FELIX. Nummum hunc argenteum memini me habuiße in manibus Augustæ Vindelicor. apud D. Joannem Jacobum Fuccherum.

In una.

In una parte.

14. Julia occurrit, superioribus uenustate uultus, forma, luxu uestitus, & capillorum decore omninò similis. Inscriptio eadem.

In altera.

Lætitia Dea stat, tunicata, patagiata, una tenens manu rosaceum sertum, altera clauum. Inscriptio. LAETITIA. Nummus hic argenteus à me Augustæ Vindelicorum conspectus est apud D. Joannem Jacobū Fuccherum

In una parte.

15. Juliæ decor idem in ore, aspectu, uestitu. Inscriptio dæuiqȝ cum superioribus par est.

In altera.

Fortuna Dea stat tunicata, patagiata, una tenens manu cornucopiæ, altera in clauum innititur. Inscriptio. FORTVNAE FELICI. Nemmum hunc argenteum uidi Augustæ Vindelicorum apud D. Joem Jacobum Fuccherum.

Albini.

S. P.

1671.

1672.

Albini æs. Aenea.

In una parte.

1. *Albinus habetur inornatus, læua facie, cum inscriptione circumiecta.* IMP. CLODIVS ALBINVS CAES.

In altera.

Æsculapius deradematus, dextra brachio, humero & pectore toto, umbilicum tenus detectis, stat, baculo serpente longissimo inuoluto axillæ suppositio innititur, sinistram manum, brachiumq; pallio complicato tegit, ad tergumq; abdit. Inscriptio. SALVS AVG. COS. II. *Hincinde.* S—C. *Nummum hunc aeneum magnum apud Horatium Petrucium senentem uidi Romæ.*

In una parte.

2. *Albinus habetur, læua facie, detecto capite, & adacta Inscriptio.* IMP. CLOD. ALBIN. CAES.

In altera.

Statua uirilis conspicitur irradiata, pudibundis circumiectum dumtaxat habens tenue uelamen, cuius extremæ lacinia in læuum brachium complicatæ reiiciuntur, alioquin nuda, dextra manu caduceū, sinistra tenens rastrum. Inscriptio. SAECVLO FRVGIFERO. COS. II. *hincinde.* S—C. *Nummus hic aeneus magnus apud Iulium Calestrinum Romæ est ipsus.*

In una parte.

3. *Albinus cernitur, inornato capite, facie uero sinistra, cum inscriptione.* IMP. CLOD. ALBINVS CAES.

In altera.

In altera.

Statua uirilis nuda, lyndone' duntaxat pudendis opposita, turrita corona tecta, dextra manu cornucopiæ spicasq; tenens, sinistra rastrum. Inscriptio. SAECVLO FRVGIFERO. Hinc inde'. S—C. Hunc nummum aeneum grandem apud Alexandrum Corvinum Romanum in manibus habere' liberum nobis fuit.

In una parte'.

4. Albinus effigiatus est, nudato capite', aperto collo, ad lævam obtuens, barbatus, cum nominis Epigraphe'. D. CLOD. SEPT. ALBIN. CAES.

In altera.

Concordia' typus. Imp. Severus, & Albinus Cæs, armati, paludati, dextras simul iungunt, quorum alter inuersum spiculum læua eductiore', alter schædam deprßiore' tenet. Ambos uicinæ à tergo Victoriæ palmiferæ, laureis donant. infrà. S.C. Circumì. CONCORDIAE AVGG. Nummum hunc æreum magnum Mantuæ apud Julium Romanum memini me' uidisse'.

In una parte'.

5. Albinus cernitur læua facie', inornatus, denudato collo, paludamenti lacinia læuo humero iniecta. Circumscriptio. D. CL. SEPT. ALBIN. CAES.

In altera.

Pax tunicam, patagiumq; induta, conuersa stat, dextra caduceum gerens, sinistra summam hastam adprehendens. Hinc inde'. S—C. Circumì. FELICITAS. COS. II. Nummum hunc æreum magnum Romæ apud D. Antonietum Romanum Antiquarium uidimus.

In una

In una parte.

6. Albinus uidetur aperto capite, barbatus, aperto collo, modicè conuerso, cum nominis Ommendatione. CLOD. SEPT. ALBIN. CAES.

In altera.

Minerua Pacifera, galea, ægideq; permunita, tunicata, patagiata, dextra oleagineum ramum tenet, lœuam in clypeum imprimit, hastamq; pari opera tenet. Hinc inde. S-C. Circum. MINER. PACIF. COS. II. Nummū hunc aneum perelegantem adhuc ego in facultatibq seruo.

In una parte.

7. Albinus cernitur inornatus, aperto dorso, lœuo aspectu, cum nominis Inscriptione. D. CLOD. SEPT. ALBINVS CAES.

In altera.

Pax tunicata, patagiataq; cernitur, dextra caduceū habens, sinistra hastile. Laterales litera erant. S-C. Inscriptio. FELICITAS P. R. COS. II. Nummum hunc eneum magnum satis Romæ uidimus apud Dñ Alexandrum Cruinum.

Aenea.

Aenea ampliora.

In una parte.

1. Albinus uidetur, inornatus, læua facie, thoracatus, ac paludatus, aduerso teto pectore, cingulo tenus anaglyphicè expreßus. Inscriptio. D. CLODIVS SEPTIMIVS ALBINVS CAES.

In altera.

Minerua paciferæ stat, cristata inducta galea, ac Ægide, dextra manu oliuæ ramum tenet, sinistra manu in summo clypei limbo innixa, hastam. Inscriptio. MINER. PACIF. COS. II. Hunc ampliß. nummum æreum pulcherrimum Stephanus Bubalus Romanus in Bonis habet, nobisq; Romæ ostentauit.

Argenteum.

In una parte.

1. Albinus uidetur laurea insignis, læuo obtutu, cuius in humero læuo togæ adparet lacinia. Inscriptio. IMP. CAES. D. CLOD. ALBIN. A.

In altera.

Genius effiguratur conuersus, seminudus, irracciatus, una manu summam tenens hastam, altera cornucopiæ. Infra pedem eius dextrum aquila adparet. Circumscriptio. GENIO AVG. COS. II. Nummũ hunc argenteum uidi Francofordiæ apud D. Hieronymũ Aginum.

Peccennia

1676.

Pescennia Plautiana Albini æs.
uxor, Plautiani filia, ex qua ei
nati sunt.

D. Codius Albinus et
Pescennius Primeus } à Seuero occiſi.
Ceionia, soror Albini.

Getæ

1677.

Getæ Cæs. Aenea.

In una parte.

1. Geta cernitur laureatus, læuo obtutu, thoracatus, paludatus, aduerso dorso, cum nominis monumento. ANTONINVS PIVS GETA CAES.

In altera.

Suggestus latus constructus. È quo Imp. Geta & Caracalla sedentes insellis curulibus coronis aureis coruscantes, tunicis palmatis, togisq; pictis induti, sceptriferi, populi animus erga se largitione donorum concilliant. Queis retrò astat Tribunus togatus, antè Annona cum cornucopiæ, & tessera, uiritim munus imperatum distribuens. Inscriptio supra. AVGVST. infra. cos. Hinc inde. S-C. Nummum hunc aeneum magn Abbas Reàrius nobis Romæ communicauit.

In una parte.

2. Geta depingitur laureatus, læuo aspectu, barbatus, conuerso modicè dorso, denudatoq;, cum nominis Epigraphe. P. SEPTIMIVS GETA PIVS AVG. BRIT.

In altera.

Fortuna tunicata, patagiata, in solio sedet eburneo, dextra clauum gubernaculi in globo impositi tenens, læua cornucopiæ. Inter sedis pedes rota adparet. Circumscriptio. FORT. RED. TR. P. III. COS. II. P. P. infra S.C. Nummum hunc æneum magnum Romæ uidi apud Antonietum Romanum Antiquarium.

In una parte.

Geta

3. Geta cernitur Laureatus, Læuo obtutu, thoracatus, ac paludatus, aduerso dorso, Inscriptio, omminò consumpta.

In altera.

Aquila expansis alis Lauream coronam sustentat, in qua gratuitatis monumentum inscribitur. S.P.Q.R. Superficies signata fuit literis, sed quæ ob nimiam corrosionem legi non potuerunt. Nummum hunc æneum media amplitudine' domi seruo.

In una parte'.

4. Geta uidetur Laurea coronatus, sinistro oré, barbato, parumì, aperto collo, obuerso nonnihil, cum nominis circumscriptione'. IMP.CAES.P.SEPT. GETA PIVS AVG.

In altera.

Seuerus inter filios Getam Caracallamq; medius, Laureatus, thoracatus, paludatus, (quo armaturæ genere', cultuq; iuuenes consueuisse sunt, alter telum dextra, alter sinistra retinens:) porrecta dextra cum deuicta Prouincia, (cuius pedem in solo sedentis retroligatis manibus calcat.) sermonem miscens: læua hastam tenens. (Huic proximi Vexillarij duo, armati. Circumscriptio. PONTIF. TR.P.II. COS... infrà. S.C. (Nummum hunc æneum magnum satis uidi Mantuæ apud Julium Romanum.

In una parte'.

5. Geta cernitur Laureatus, sinistro aspectu, barbatus, modicè, aperto collo, conuersoq;, in cuius læuo humero paludamenti lacinia iniecta adhæret. Circumscriptio. IMP.CAES. L.SEPT. GETA PIVS AVG.

In altera.

Geta

Geta et Caracalla thoracati, ac paludati, dextras simul iungunt, sinistris hastas tenentes, hic eleuatiore', ille depressiore'. Cum, qui à dextris stat, Virtus, galeata, tunicata, paludata, qui à sinistris, Hercules conuerso, læuo brachio leoninam pellem conuolutam tenens, et clauam laureis donant. infrà .S.C. Circumscriptio. PONTIF. IMP. TR. P. II. COS. II. Nummum hunc æneum magnum Augustæ Vindelicorum apud D. Joan. Jacob. Fuccherum uidimus.

In una parte'.

6. Gëta occurrit aperto capite', adolescens, thoracatus, paludatus, conuerso dorso, læuo aspectu, cum nõis Epigraph. P. SEPTIMIVS GETA CAES.

In altera.

Concordià repræsentatur, tutulata, tunicata, patagiata, intra sex militarià signa pari distantia, ac ordine præfixa stans, quorum proximum à dextris, dextra manu tenet, læua patagium colligens. Hinc indè circa solum. S—C. Circumscriptio. CONCORDIA MILIT. Nummum hunc aneum magnum Mantuæ uidè in Musæo Ducali.

In una parte.

7. Geta uidetur laurea decorus, sinistro oreè, thoracatus, paludatus, contrario ad nos dorso, cum nominis circumscriptione'. IMP. CAES. P. SEPT. GETA PIVS. AVG. BRIT.

In altera.

Fortuna sedens in eburnea sella, (inter huius scipiones mucronatos rotæ signum est) tunicata, patagiata,

una

una clauum tenet gubernaculi globo insistentis, sinistra cornucopiæ. infrà. S.C. Circumscriptio. PONT. RED. TR. P. II. COS. II. P. P. Nummum hunc æneum uidi Romæ apud Alexandrum Cruinum.

In una parte.

8. Geta uidetur laurea coronatus, sinistrorsum obtutus, aperto collo, obuerso nonnihil. Inscriptio. IMP. CAES. P. SEPT. GETA PIVS AVG.

In altera.

Spes repræsentatur, ad dextram incedens, laureata, uolitante capillo, tunicam trilorem, ac cycladem laciniosam amicta, (cuius pars in dextrum brachiu reiectum, deorsum labitur, pars à tergo latè uolitat) dextra lilij florem summis digitis tenens, sicua supra genu tunicam sustollens. Hinc inde. S—C. Circumscriptio. SPEI PERPETVAE. Nummum eum æreum magnum satis uidimus Ludguni apud quend. Aurificē.

In una parte.

9. Geta uidetur laurea coronatus, sinistro orē, togatus, conuerso dorso, cum nominis Epigraphe. P. SEPTIMVS GETA CAES. PONTIF.

In altera.

Signa religionis sex, ordine hoc posita sunt. Situs, culter, patina, Trulla, Sympulsum, aspersorium. Circumscriptio. SEVERI AVG. PII. FIL. infrà. S.C. Nummus hic aneus magnus à me Romæ apud Antonietti Romanum Antiquarium est uisus.

In una parte.

10. Geta uidetur læua facie, aperto collo, iuuenis adhuc, thoracatus,

thoracatus, paludatus, conuerso dorso, cum nouis Epigraphe.
P. SEPTIMIVS GETA CAES.

In altera.

Templum dypilum, sertis circum Zophorum, ac peripetasmatis Attalicis ornatum: in quo sacrificium solene' Seueri, Getæ, Caracallæ Imppp. ad amussim delineatũ est, quemadmodum inter patris reperitur, cum præcentricibus, et statua fluuiatili. Circumscriptio, conuenit. SAECVLARIA SACRA. Inferiùs. S.C. Numus hunc æneum magnum pulchrum domi meæ seruo.

In una parte.

11. Geta occurrit laureatus, sinistro ore, parumè barbatus, thoracem indutus ac paludamentum, conuerso in nos dorso, cum nominis commendatione'. P. SEPT. GETA CAES. PONTIF.

In altera.

Victoria inter armorum cumulum barbaricorũ sedens, clypeum grandem in genu positum notare' uidetur, nam calamum dextra habet manu. Infrà. S.C. Circumà. TR. POT... COS. II. Nummum hunc æreũ magnum satis uidi Romæ apud Scrutariũ quendam.

In una parte.

12. Geta procedit Laurea candidatus, læuo uultu, aperto collo, cum nominis parte' indemni adhuc. IMP. CAE. .... GETA ....

In altera.

Equus pabulatur, sinistrorsumè, demisso capite', supra quem intraq; legitur. COL. AVG. TROAD. Nummum hunc æneum uidere' uolentibus commonstrabo domi, mediocri amplitudine'.

In una

1682.

In una parte.

13. Geta Herculem refert iuuenem, læua facie, pelle leonia capite tectus, circum humeros circumligata pectori aduerso. Inscriptio planè deleta.

In altera.

Corona laurea, cum centralibus duabus literis. S.C. Quem nummum memini me Romæ uidere apud D. Alexandrum Druinum.

In una parte.

14. Geta depingitur laureatus, læua facie, armatus, ac paludatus, aduerso dorso, cum nominis Epigraphe. IMP. CAES. P. SEPT. GETA PIVS AVG.

In altera.

Fortuna frugifera stat, tunicata, patagiata, in rostro nauis constituta, una manu papauera tenens, læua cornucopiæ. Inscriptio. FORTVNAE AVGG. Nummum hunc æneum domi meæ habeo.

In una parte.

15. * Getam uideo laurea candidatum, læua aspectu, armatum, ac paludamento insignem, cum nominis commendatione. P. SEPTIMIVS GETA CAES.

In altera.

Concordia dea, tunicata, patagiata, in sella ebiurnea sedens, una manu patinam protendit, altera duo tenet copiæ cornua. Inscriptio. PONTIF. TR. P XII. COS. II. Nummum hunc æneum domi ego seruo.

In una parte.

16. Geta occurrit inornatus, læua facie, thoracatus, paludatus,

S. C.

aduerso dorso contra intuentem. Inscriptio. P. SEPTIMIVS GETA CAES.

In altera.

Curru triumphali Victorijs circumsculpto, quadrijugo equorum ad læuam inuehitur Imp. trabeatus, una tenens ramum lauri manu, altera sceptrum Aquilatũ. Subtus legitur. cos. Hummum hunc æneum mediocrem uidi Lugduni apud D. Gulielmum Calesium.

In una parte.

16. Geta effigiatur dextro oreꝰ, aperto capiteꝰ, thoracatus, paludatus, aduerso pectoreꝰ, adolescentiæ flore adhuc uigens. Circumscriptio. P. SEPTIMIVS GETA CAESAR.

In altera.

Templum dypteron adparet, cum triangulari fastigio, figuris per angulos dispositis uariè ornatum. In eo ad primum statum ingressum Æsculapius stat nudus conuersus, baculo nodoso axillæ dextræ subiecto innixus, læua ad latus abdita. Apud Deum hinc indè ab solo angues se erigunt. Circumscriptio. PONTIFEX cos. infrà. S.C. Hummũ hunc æneum mediocrem uidi aliquando Romæ apud D. Achillem Maphæum.

In una parte.

17. Geta occurrit laureatus, læuo obtutu, prima lanugineꝰ barbæ malas nigranteꝰ, conuerso modicè, denudatoq; cum nominis Encomio. IMP. CAES. P. SEPT. GETA PIVS AVG.

In altera.

Cybelen Deorum matrem oreꝰ refert Julia irradiata, tunicata,

tunicata, patagiata, dextra hastam habens, læua patagium circa pectus in sinum collectum extendens. Sub qua ad læuam pueruli duo colludunt inter se. Hinc inde. S—C. Circumscriptio. PONTIF. TR. P. II. COS. II. P. P. Nummum hunc æneum mediocrem domini meæ seruo.

In una parte.

18. Geta uidetur, aperto capite, thoracem indutus, atq; paludamentum, læua facie, aduerso nonnihil dorso, cum nominis Epigraphe. P. SEPT. GETA CAES. PONT.

In altera.

Minervæ uicto simulachrum, cristata insigni galea, ægide munitam, patagiisq; nitentem, dextra in clypeum summum remissa, altera hastam summam, sed inuersa cuspide tenentem. MINERV. SANCT. Nummum hic argenteum uidi Norimbergæ apud D. Georg. Randlerum, LL. Doctorem.

In una parte.

19. Geta uidetur aperto capite, ephæbus adhuc, thoracato, paludatus, conuerso dorso, cum nominis Epigraphe. P. SEPTIMIVS GETA CAES.

In altera.

Victoria curru alto quadrijugarum equorum sinistrorsum inuehitur, dextra lauri ramum habens, læua habenas regens. Infrà. S.C. Suprà. VICTORIAE AVGG. Nummum hunc æneum mediocrem domi asseruo meæ.

In una parte.

20. Geta uidetur aperto capite, ephæbus adhuc, thoracato, paludato,

paludatus, conuerso pectore, cum nominis Epigraphe:
P. SEPT. GETA CAES. PONT.

In altera.

Victoria altior conuersa, assidentem pedibus captiuum lamentantem casus suos habens, elato ambab. laureo forte longissimo Imppp. Getam, togatum, & Caracallam thoracatum, paludatumq3, ac hastatum, dextras simul iungentes, pro concordiæ roboratione; ornat ambos. circumscriptio. VICTORIAE AVGVSTORVM. infrà. S. C.
Nummum hunc æreum mediocrem uidi Romæ apud D. Achillem Maphæum.

In una parte.

21. Geta puer admodum aperto capite, thoracem ac paludamentum indutus, aduersus adorsum, cernitur, circumscriptio nominis. P. SEPT. GETA CAES. PONT.

In altera.

Bacchus & Hercules mutuum alloquuntur. In dextro angulo conuersus, nudusq3 ille; dextra cantharum effundit in uiciniæ Tygris rictum, læua thyrsum retinens: hic nudus itidem, ac conuersus ad alloquentem, clauæ in terram demissæ incumbente dextra, læua manu circumplicatam brachio pellem leoninam gerens. circumscriptis parumper erosa ... B. PATRIS. infrà. S.C.
Nummum hunc æreum mediocrem domi meæ seruo.

In una parte.

22. Geta prodit læua facie, irradiatus, parum barbatus, conuerso collo, detecto, cum nominis Epigraphe: IMP.
CAES. P. SEPT. GETA PIVS AVG.

In altera.

Mars

Mars victor Trophæum ex hostium spoliis construit, dextram enim operi adhibet, thoracatus ipse, galeatus, paludatus, læua clypeum hastamq; tenens. infrà. S.C. Circumscriptio. PONTIF. TR.P.II. COS. II. Nummū hunc æneum mediocrem domi meæ seruo.

In una parte.

23. Geta depingitur, ad læuam deflexo uultu, paludatus, ac thorace munitus, non coronatus. cum adscriptione. GETA CAES. PONTIF. COS.

In altera.

Eques Iulia domna semimuda, fœlios, quos dextera apta retro sedens uocat, uelocissimo cursu præquitat sinistrorsum. Inscriptio. PRINC. IVVENT. Infrascriptum. COS. Hunc nummum æreum habet Patriarcha Grimanus Venetijs.

In una parte.

24. Geta ad læuam partem intuens, conspicitur laureato, thorace ac paludamento amictus, cum inscriptione huiuscemodi. P. SEPTIMIVS GETA CAESAR.

In altera.

Statua muliebris erecta est, prolixo uestitu, sinistrorsum oculos deflectens, læuo pede rostrum calcans nauis, post quam humi secunda nauis adparet, dextera manu hastam tenens, sinistra columnæ altiori innitente, clypeum anchoramq; habens. Inscriptio talis est, sed corrupta. COL. CAES. . . . . H. Hinc inde. S—C. Hic nummus mediocris amplitudinis apud Sebastianum Erizum Venetum cernitur.

In una parte.

Geta

25. Geta cernitur laureatus, læua facie, thoracem ac paludamentum indutus, aduerso dorso, cum nouis Epigraphe.
IMP. CAES.

In altera.

Victoria in thorace sedens, ac prope resperis clypeis, C dextro pede galeam cristatam, læuo clypeum concalcans, clypeum rebus memorabilibus designat.
VICT... Circumscriptio. VICT. BRIT. TR. POT. II. COS. II. infrà. S.C. Apud Petrum Rames Hispanum æreus hic nummus mediocri amplitudine habetur, Venetijs. qui à nobis est uisus.

In una parte.

26. Geta est, ad lævam intuens, laurea insignitus, lorica ac paludamento amictus, pectore aduerso, cum Inscriptione semesa. . . . . ANTONINVS AVG.

In altera.

Lupa gemellos lactens uberibus, quos ex intentius aspicit, impressa, sinistro itinere tendens. Inscriptio. COL. AVG. TROADE. ubi est Signum infimo loco tale. ✠. Hunc æreum nummum mediocrem uidi apud Sebastianum Erizum Venetum.

In una parte.

27. Geta occurrit laureatus, læua facie, thoracatus, paludatus, conuerso ad nos pectore, cum nominis Epigraphe.
M. AVR. ANTONINVS PIVS AVG.

In altera.

Eques ad dextram it, declinata fauce pabulum olfaciens, ac carpens. Inscriptio. COL. AVG. TROAD. Numus hunc æneum peramplum uidi aliquando inter Antiquitates D. Gulielmi Caulij Lugdueni.

In una

In una parte.

162 Geta trimtur Laureatus, Lævâ faciē thoracem ac paludamentum indutus
adverso dorso, cum nominis epigraphe IMP. CAES. . In altera
25. Victoria in thorace sedens, ac propr rostrum clypeum, (dextro pede
galeam tristatam, Lævo clypeum continuans.) Clypeum rebus
memorabilibus designat. VICT. . . Circumscriptio VICT. BRIT.

TR.

In una parte.

28. Geta nobis ante oculos est, ad dextrum tramitem pergens, ab expeditione reciens, paludatus, thorace inductus, dextra manu scipionem in dextrum humerum demittit, cui hac inscriptione. P. SEPTIMIVS GETA CAESAR.

In altera.

Concordiæ symbolum exprimitur. Geta aduersus nos uenit, armatus, paludatusq3, inter signa militaria quinq3 medius, citra capitis decorem ullum. A dextris frontem in summo signi apice victoriolam, quasi allequutus, manu comprehendit, quòd ea sibi lauream effert. Reliqua duo signa manus humanas insignium uice infixas habent. A sinistris prope imo. est aquila, deinde laurea. Inscriptio talis est. CONCORDIA. infrà. MILITVM. Atq3 hic nummus, no è rudi metallo, sed contemperato conflatus est, seruatusq3 apud D. Achillem Maphæum Romæ amplissimq.

In una parte.

29. Geta uidetur aperto capite, thoracatus, paludatus, aduerso pectore, cum nominis encomio. P. SEPTIMIVS GETA CAES.

In altera.

Minerua galeata, Aegide permunita, ac hasta, in sella sedens eburnea, scabello pedibus fulcita, una manu patinam tenet, cibando angui, is per lauri ramum paulatim ascendens, caput per forculam cibando furri deprimit deorsum, læuo cubito in spondam sedis, Gryphe sculptæ, innixa. Ante sellam scutum est, victoria signatum, ambab. manib. laureas obtrudente.

In eo

In eo noctua insistit, deæ auis. Inscriptio. PONTIF. cos. II. infrà S.C. Nummum hunc aneū memini me uidisse apud D. Iulium Groulerium Questorē Regiū.

In una parte.

30. Geta occurrit laureatus, læua facie, thoracatus, paludatus, aduerso pectore, cum nominis commendatione.

P. SEPTIMIVS GETA IMP. CAES. AVG.

In altera.

Equus ad lœuam nititur, ab his, qui uulgò uocantur, alterius formæ, ut qui non corneos pedes habeat, sed in Aquilinas ungues desinat. A tergo huius, patina est. Inscriptio nulla. Nummum hunc aneum sum conspicatus Lugduni apud D. Gulielmū Caulium.

In una parte.

31. Geta depingitur coronatus laurea corona, sinistrorsū obtuens, armatus, atq; paludatus, cum nōis Epigraph.

P. SEPTIMIVS GETA CAES. AVG.

In altera.

Equus idem illæ aquilinis pedibus, quem proximè descripsimus, effigiatus, uerumtamen alia uia nitens, atq; superior, dextrorsum enim incedit. Supra eū laurea est corona, sine literis. Nummus hic aneus mihi apud D. Gulielmum Caulium Lugduni est uisus.

In una parte.

32. Geta cernitur laureatus, læua facie, thoracatus, paludatus, aduerso pectore, cum nominis commendatione.

P. SEPT. GETA CAES. PONT.

In altera.

In una parte.

In Una parte.

Geta Cæsar cum militibus armatus, lævâ hastam, dextrâ thoracem, paludatus, adversâ parte rum nomini commendatione P. SEPTIMIVS GETA IMP. CAES. AVG.

30. In Altera, Equus ad lævam currit, ab his qui vulgo insignium Veterum formæ, aiunt non æneos pedes habeat, sed in Aquilenos ungues desinat. A tergo hujus parma est. Inscriptio nulla, Numisma hoc æreum sum consperatus Lugduni apud D. Gabrielem Cartium.

1690.

In altera.

Pax tunicata, patagiata, ac Imp. togatus, dextras iungūt. dea manu læua summum corripit caduceum. Imp. cornucopiæ præfert. Inscriptio. FELICITAS TEMPOR. Nummum hunc æneum apud me domi servo.

In una parte.

33. Geta prodit laureatus, armatus, ac paludatus, adverso dorso, cum nominis encomio. IMP. CAES. P. SEPT GETA PIVS AVG.

In altera.

Gloriosus Imp. Geta armatura probè munitus, ac paludamento spectabilis stat, una manu pr̃tensam habens patinam, altera summum telum, inversa acie. A pedibus, parte dextra, sedet sublapsa facie mulier, tunicata, caput inter palmas abscondens. Inscriptio. SECVRIT. IMPERII. AVG. FIL. Nummū eum æneum vidisse me recordor Romæ apud Dm Achillem Maphæum.

Argent.

1691.

Argentea.

In una parte.

1. Geta puer adhuc effigiatus est, laurea candidatus, læuo uultu, thoracem indutus ac paludamentum, aduerso dorso. Inscriptio. ANTONINVS AVGVSTVS.

In altera.

Imp. Victoriosus stat, corona decoras laurea, armato, ac paludamento insignis, una manu Victoriam tenens præmiatricem, altera summam hastam. Nec taceam, supplicem captiuam pedibus assidentem Victoris. Inscriptio. SEVERI PII AVG. FIL. Nummum hunc argenteum uidi Lugduni apud D. Gulielmu Caulium.

In una parte.

2. Geta depingitur laurea candidatus, læuo obtutu oris, thoracatus, paludatus, aduerso ad intuentem dorso, cum nominis Epigraphe. ANTONINVS PIVS GETA CAES.

In altera.

Fortuna reduce humi sedet, tunicata, patagiata, ad læuam uiam respectans, una manu rote innixa ac cubito, altera in gremio retinens cornucopiæ. Inscriptio. FORT. RED. TR. P. III. COS. II. P.P. Nummum hunc argenteum sum conspicatus Lugduni apud D. Gulielmum Caulium.

In una parte.

3. Geta prodit laurea decorus, sinistro uultu, togam indutus,

indutus, contrario ad intuentem dorso. Inscriptio. IMP. CAES. P. SEPTIMIVS GETA PIVS AVG.

In altera.

Prouidentiæ imago, tunicata, patagiata, stans conuersa ferè, dextra uirgam, qua quid eminùs aduenturum prospectat, tenet, (ante eam globus in solo iacet) læua summam arripit hastam. Circumscriptio. PROVIDENTIAE DEORVM. Argenteum hunc nummum uidisse me recordor Romæ apud D. Achillem Maphæum.

In una parte.

4. Geta adest laurea decorus, sinistro aspectu, ephæbus adhuc, conuerso dorso, denudatoq; Inscriptio. IMP. CAES. P. SEPTIMIVS GETA PIVS AVG.

In altera.

Æquitas repræsentatur, tunicata, patagiata, una æquilibram tenens, altera cornucopiæ. Circumscriptio. PONTIF. TR. P. II. COS. ... P. P. Summum argenteum hunc uidi Augustæ Vindelicor. apud D. Joann. Jacobum Fuccherum.

In una parte.

5. Geta occurrit laureo ornatus serto, sinistrorsum obtuens, togam indutus, conuertens ad nos dorsum, cum nominis circumscriptione. IMP. CAES. P. SEPT. GETA PIVS AVG.

In altera.

Veneris imaginem offendo, tutulatam, tunicatam, patagiatam, conuersam stantem: quæ dextra pomella paruum tenet cupidinem, dextra sagittam, altera habentem arcum, læua ipsa ad latus depressa cornucopiæ. Circumscriptio.

Circumscriptio. FELICITAS TEMPOR. Nummum eum argenteum vidi Romæ apud D. Achillem Maphæum.

In una parte.

6. Geta occurrit laureatus, ore sinistro, barbatus, conuerso dorso, apertoq; cum nominis commendatione. P. SEPT. GETA PIVS AVG. BRIT.

In altera.

Æternitatis simulachrum conuersum, tunicatum, patagiatum, dextra accensam facem habens, læua Phœnicem. Circumscriptio. TR. P. VI. COS. II. P.P. Numuq; hunc argenteum vidi Augustæ Vindelicor. apud D. Joannem Jacobum Fuccherum.

In una parte.

7. Geta habetur læua facie, aperto collo, thoracatus, ac paludatus, conuerso dorso, cum nõis Circumscriptiõe. P. SEPTIMIVS GETA CAES.

In altera.

Spes dextrorsum incedit, tunulata, tunicata, patagiata, læua lilij florem ostentans, læua patagium subducens, ac expandens, circa genua. Circumscriptio. SPES PVBLICA. Nummum hunc argenteum vidi Augustæ Vindelicor. apud D. Joan. Jacob. Fuccherum.

In una parte.

8. Geta cernitur laurea candidatus, sinistrorsum obtuẽs, aperto collo, nudoq;, barbatus, cum nõminis Epigraph. IMP. CAES. P. SEPT. GETA PIVS AVG.

In altera.

Boni euentus Deus, egeni forma, nudus stat ad aram accensam, una patinam habens, altera spicas deorsum mittens.

In una parte. A22 8c.

Geta Cæsar laureâ radiatus sinistrorsum imago thoracem indutus ad paludamentum, dorsum ad nos obvertens. In exergo. P. SEPTIMVS

10. GETA. CAES. PONTIF. In altera Geta vitor thoracatus paludatus, stans, conversus, dextra victoriam palmæ, & lanceam dextrum in globo tenet. Læva telum habet inversum: apud eius pedem dextra Britannia captiva humi sedet, manibus post tergum revinctis, vestitu crurib⁹, dirum nostrum dominique imperium experimens. Circumscriptum IVVENTA IMPERII. Numisma hic Argenteum a me visus est Augustæ Vindelicorum apud D. Ioannem Laubum Furtbernm.

1694.

mittens. Circumscriptio. PONTIF. TR. P. II. COS. II. Nummo hic argenteus Augustæ Vindelicorum apud D. Joann. Jacobum Fuccherum à me' uisus est.

In una parte'.

9. Geta uidetur puer admodum, denudato capite, læuo ore', thoracem ac paludamentum indutus, conuertes ad intuentem dorsum, cum nominis Epigraphe'. P. SEPT. GETA CAES. PONT.

In altera.

Nobilitas repræsentata, tutulata, tunica aurea amicta, Cyclade' Attalica conspicua, una scipionem tenens eburneum, altera Palladium. In cuius manu læua est Victoria præmiatrix. Circumscriptio. NOBILITAS. Nummum hunc argenteum Augustæ Vindelicor apud D. Joann. Jacobum Fuccheru uidi.

In una parte'.

10. Geta cernitur Laurea candidatus, sinistrorsum intuens, thoracem indutus, ac paludamentum, dorsum ad nos obuertens. Inscriptio. P. SEPTIMIVS GETA CAES. PONTIF.

In altera.

Geta Victor, thoracatus, paludatus, stans, conuersus, dextra Victoriam palmæ, et laureæ datricem in globo tenet: læua telum habet inuersum: apud cuius pedem dextrum Britannia captiua humi sedet, manibus post terga reuinctis, attractis cruribus, dirum coceferans, doloris impatientiam exprimens. Circumscriptum. IVVENTA IMPERII. Nummus hic argeteus à me' uisus est Augustæ Vindelicorum apud D. Joannem Jacobum Fuccherum.

In una

In una parte.

11. Geta cernitur Laureatus, Læuo obtutu, conuerso dorso, togatus, cum nominis Epigraphe. P. SEPT. GETA CAES.

In altera.

Geta ad pubem, ferè nudus, tunica genitalib. circumligata, dextra globum tenet, sinistra inuersum telum. Circumscriptio. PONTIF. TR. P. III. Summus iste argenteus à me uisus est Augustæ Vindelicorum apud D. Joannem Jacobum Fuccherum.

In una parte.

12. Geta procèt Laureatus, Læuo aspectu, togam indutus, contra nos aduerso dorso, cum nominis circumscriptione. IMP. CAES. P. SEPT. GETA PIVS AVG.

In altera.

Pax tutulata, capillo prominulo per collum, tunicata, patagiata, una caduceum attollit ad ostentum, Læua tenet cornucopiæ. Circumscriptio. FELICITAS AVGG. Nummum hunc argenteum uidi Augustæ Vindel. apud D. Joannem Jacobum Fuccherum.

In una parte.

13. Geta effigiatur Laureatus, Læuo ore, barbatus paru, togatus, conuerso dorso, cum nominis Epigraphe. IMP. CAES. P. SEPT. GETA PIVS AVG. PONTIF. TR. P.

In altera.

Justitia in rebus diuinis, seu pietas repræsentatur, tutulata, tunicata, patagiata, sedens in sella eburnea Aulæis instrata, dextra patinam faciendis sacris tenet, Læua summam hastam. Circumscriptio. IVSTITIA. Nummum hunc argenteum uidi Augustæ Vindelic. apud D. Joannem Jacobum Fuccherum.

In una

In una parte.

Geta Orrurrit dextra vexillum tenens, thoraratus, paludatus, dorso renverso, cum nomine Circumscriptione. P. SEPT. GETA. CAESAR. PONT. In

16. Altera Imp. thorace ac paludamento vestitus, reverses, dextra Lauri ramum tenet, sinistra hastam, post quem Trophaeum insigne cruentum est. e variis armaturis, apud quod hasta stat insignis elypeus Circumscriptio. PRINC. IVVENTVTIS, Argenteum cum nummum Augustae Vindelicorum apud D. Tannem Caesarum Fasciculorum.

1696.

In una parte.

14. Geta uidetur laureatus, sinistra facie, ephæbus adhuc, togam indutus, conuerso dorso, cum nominis epigraph. IMP. CAES. P. SEPT. GETA PIVS AVG.

In altera.

Felicitas repræsentata, tutulo, tunica, patagioq; insignis, una globum porrigens, altera tenens cornucopiæ. Circumscriptis. FELICITAS TEMPORVM. Nummū hunc argenteum uidi Romæ apud D. Achillem Maphæum

In una parte.

15. Geta occurrit læuo oculo, denudato capite, togatus, conuerso dorso. Inscriptio. GETA CAES. PONT. COS.

In altera.

Imp. prætextatus, dextra patinam tenet in præstructa ara, læua scheptrum. Circumscriptio. VOTA PVBLICA. Argenteum hunc nummum memini me uidisse Romæ apud D. Achillem Maphæum.

In una parte.

16. Geta occurrit, detecto uertice, thoracatus, paludatus, dorso conuerso, cum nominis circumscriptione. P. SEPT. GETA CAES. PONT.

In altera.

Imp. thoracem ac paludamento conspicuus, conuersus, dextra lauri ramum tenet, læua hastam. Post quem Tropheum insigne erectum est è uariis armaturis, apud quod humi stat insignior clypeus. Circumscriptio. PRINC. IVVENTVTIS. Argenteum eum nummum Augustæ Faustinæ iunioris apud D. Joannem Jacobum Fuccherum uidi.

In una.

In una parte.

17. Geta occurrit, læuo obtutu oris, aperto capite, thoracatus, paludatus, conuerso dorso, cum nominis Epigraphe. P. SEPTIMIVS GETA CAES.

In altera.

Signa Religionis hoc ordine disposita sunt, lituus, culter, trulla, sympullum, aspersorium. Circumscriptio. SEVERI. AVG. PII FILII. Nummum hunc argenteum Romæ apud D. Achillem Maphæum spectatum.

In una parte.

18. Geta videtur denudato capite, læua facie, thoracem ac paludamentum indutus, conuerso dorso. Inscriptio. P. SEPTIMIVS GETA CAES.

In altera.

Imp. prætextatus, ad aram stans, patinam tenet dextra, læua sceptrum. Circumscriptio. PONTIF. COS. II. Nummus hic argenteus à me Romæ uisus & apud D. Achillem Maphæum.

In una parte.

19. Geta cernitur, denudato capite, læua facie, thoracem indutus ac paludamentum, conuerso dorso. Inscriptio. P. SEPT. GETA CAES. PONT.

In altera.

Imp. thoracatus, ac paludatus, dextra laureum ramum tenens, sinistra inuersum telum. Circumscriptio. PRINC. IVVENT. Nummus hic argenteus à me Romæ uisus est, apud D. Achillem Maphæum.

In una parte.

20. Geta depingitur aperto capite, læuo conspectu, thoracato, paludato, aduerso dorso. Inscriptio. P. SEPTIMIVS GETA CAES.

In altera.

1698.

In altera

Mars victor sinistrorsum excurrit nudus, strophiolo tantum circum lumbos cinctus, hinc inde volitante, dextra spiculum librans, læua Trophæum in humero demittens. Circumscriptio. MARTI VICTORI. Hunc nummum argenteum ego domi seruo.

In una parte.

21. Geta videtur denudato collo, togam indutus, dorso conuerso. Inscriptio. L. SEPTIMIVS GETA CAES.

In altera.

Pacis simulachrum deprehenditur, tunicatum, patagiatum, una caduceum habens, altera cornucopiæ. Circumscriptio. FELICITAS TEMPOR. Nummum eum argenteum Augustæ Vindelicorum apud D. Joannē Jacobum Fuccherum vidi.

In una parte.

22. Geta constituitur inornatus, sinistra facie, togatus, conuerso dorso, cum nominis Epigraphe. P. SEPT. GETA CAES. PONT.

In altera.

Seuerus & Caracalla mutuum intuentur, Cā dextris pater est, loco digniore. Laureati ambo, loricati ambo, paludati ambo, conuersis denique ambo pectoribus. Circumscriptio. AETERNIT. IMPERII. Nummus hic argenteus à me Augustæ Vindelicorum visus est apud D. Joannem Jacobum Fuccherum.

In una parte.

23. Geta habetur laurea coronatus, sinistro vultu, togatus, contrario ad nos dorso, cum nominis Epigraphe. IMP. CAES. P. SEPT. GETA PIVS AVG.

In altera.

S. R.

In altera.

Liberalitas repræsentata, tunicam, ac patagium inducta, dextra dimißiore è corgiolo subinuerso amnoram respergit, effunditq; læua sceptrum tenens. Circumscriptio. LIBERALITAS AVG. Argenteus hic nummus à me Romæ uisus est apud D. Achillem Maphæum.

In una parte.

24. Geta occurrit laureatus, læuo oré, barbatus, aperto collo, conuersoq; parumì, cum nominis Epigraphe. IMP. CAES. P. SEPT. GETA PIVS AVG.

In altera.

Eques Imp. Geta, thoracatus, paludatus, ex equo dexterorsumì decurrenté, iubrato fortiterì telo læua manu, sub equo iacentem barbarum confodit. Circumscriptio PONTIF. TR. P. COS. II. Argenteum hunc nummum Augustæ Vindelicor. apud D. Joannem Jacobum Fuchsium mé uidisse recordor.

In una parte.

25. Geta effigiatur, læuo oré, laureatus, thoracem, ac paludamentum indutus, conuerso dorso. Inscriptio. IMP. CAES. P. SEPT. GETA CAES. PONT.

In altera.

Annona stolata, dextra spicas uelut in terra dejcit, sinistra patinam frugibus plenam in altum attollit. Circumscriptio. FIDES PVBLICA. Nummum hunc argenteum Romæ apud D. Achill. Maph. conspeximq.

In una parte.

26. Geta obtutu læuo depingitur, inornatus, thoracatus, paludatus, contrario in nos dorso. Inscriptio. P. SEPT. GETA CAES. PONT.

In altera.

In altera.

Victoria uolitante habitu, dextrorsum celeriter pergit, ambabus, certum laurinis è foliis contextum tenens. Ante eam in stylobate clypeus adparet insignior. Circumscriptio. VICT. RETERN. Argenteum eam nummum uidi Augustæ Vindelicorum apud D. Joann. Jacobum Fuccherum.

In una parte.

27. Geta depingitur laurea coronatus, sinistre ore, toga indutus, contrario ad nos dorso. Inscriptio. IMP. CAES. P. SEPT. GETA PONTIF.

In altera.

Spei imago dextrorsum iens adparet, tunica, ac pallio amicta, uolitante habitu, una lilium alte commonstrans, læua infimos uestis limbos ad femen usque subducens. Circumscriptio. SPES REIP. Nummus hic argenteus apud me comi seruatur.

In una parte.

28. Geta effigiatur laurea coronatus, sinistrorsum respectans, conuerso dorso: cum nominis Epigraphe. IMP. CAES. P. SEPT. GETA PIVS AVG.

In altera.

Mars propugnator, armatus, thorace ac paludamento, galeatus, ad dextram procurrens, una pilum habet feriendo hosti, altera Tropheum baiulat. Circumscriptio. MARTI PROPVGNATORI. Nummum eum argenteum uidi Romæ apud D. Achill. Staphæum.

In una parte.

29. Geta occurrit laureatus, læua facie, togatus, conuerso dorso,

dorso: cum nominis Epigraphe. IMP. CRES. P. SEPT. GETA PIVS AVG.

In altera.

Fidei Symbolum reperio. Pacem deam tunicatam, patagiatam, et Getam togatum, dextras iungentes aspicio: Dea manu læua caduceum retinet, Imp. cornucopiæ. Circumscriptio. FELICITAS TEMPOR. Hunc nummum argenteum uidi Romæ apud D. Achillem Maphæum.

In una parte.

30. Geta conspicitur laurea coronatus, sinistro obtutu, togatus, conuerso dorso: cum nominis commendatione. P. SEPTIMIVS GETA CAES. AVG. BRIT.

In altera.

Fortuna tunicata, patagiata, conuersa stans, una clauum gubernaculi globo infixi tenet, altera cornucopiæ. Circumscriptio. FORTVNAE AVG. Hunc nummum argenteum uidi Augustæ Vindelicorum apud D. Joannem Jacobum Fuccherum.

In una parte.

31. Geta cernitur laureatus, læuo uersum, togam indutus, aduerso dorso, cum nominis commendatione. IMP. CRES. P. SEPT. GETA PIVS AVG.

In altera.

Genii Simulachrum, bona corporis parte nudata, pallio partim genitalibus obiecto, partim per dextrum cubitum relabente, dextra globum tenet, læua dilu inuersa cuspide. Circumscriptio. RECTOR ORBIS. Nummum hunc argenteum uidi Augustæ Vindelic. apud D. Joannem Jacob. Fuccherum.

In una.

In una parte.

32. Geta habetur laurea coronatus, sinistro uultu, thoracatus, paludatus, conuerso in uos dorso. Inscriptio.

P. SEPTIMIVS GETA CAES. PONTIF.

In altera.

Minerua Victrix, galea, segideq; munita, tunicata, patagiata, dextra porrecta Victoriam præmiatricem in globo stantem tenet, læua inuersum pilum. Dextro Deæ pedi additum scutum. A sinistris Trophæum granatè erectum. Circumscriptio. MINER. VICTRIX. Nummum hunc argenteum uidi Augustæ Vindelicor. apud D. Joan. Jacob. Fuccherum.

In una parte.

33. Geta effigiatur, laureo serto ornatus, conuerso ad sinistram uultu, barbatus parumì, thoracatus, paludatus, conuerso dorso, cum nominis Epigraphe.

IMP. CAES. P. SEPT. GETA PIVS AVG.

In altera.

Æternitatis simulachrum, tunicatum, patagiatum, una lauri ramalum tenet, altera globum. Circumscriptum. TR. P. III. COS. II. P. P. Nummum hunc argenteum uidi Romæ apud D. Achillem Stapheu.

In una parte.

34. Geta depingitur laurea coronatus, sinistro uultu, aperto collo, conuerso modicè: cum nõis Epigraphe.

P. SEPTIMIVS GETA CAES. PONT.

In altera.

Nobilitatem obscuram habui, sinistram uia obtuente, corona turrita ingenti insignem, tunicam auream, ac patagium

ac̃ patagium Attalicum amictum, una Summum scipionem eburneum firmandę gręßui tenentem, altera Palladium. Circumscriptio. NOBILITAS. Nummum hunc argenteum uidi Augustæ Vindelicorum apud D. Joannem Jacobum Fuchsium.

In una parte.

35. Geta incedit laureatus, lęuo obtutu, thoracatus, paludatus, conuerso dorso, cum nõis commendatione. IMP. CAES. P. SEPT. GETA PIVS AVG.

In altera.

Fortuna tunicata, patagiata, stans, conuersa, una demißione clauum gubernaculi tenens, apud globum constituti: lęua cornucopię. Circumscriptio. FORTVNAE REST. Nummum hunc argenteum Augustæ uidi Apud D. Joannem Jacobum Fuchsium.

In una parte.

36. Geta prodit laureatus, lęua facie, togam indutus, conuerso nonnihil dorso, cum nominis adscriptione. IMP. CAES. P. SEPT. GETA PIVS AVG.

In altera.

Veneris imago, uenusti oris, tunicata, patagiataq, in sella sedens eburnea, scabello pedib. subiecto fulcita, dextra globum pomumuę porrigit: lęua ad latus demißa. Circumscriptio. VENERI FELICI. Nummum hunc argenteum uidi Romæ apud D. Achill. Maph.

In una parte.

37. Geta occurrit laureatus, sinistra facie, thoracem indutus, ac paludamentum, conuerso dorso: cum nominis Epigraphe. P. SEPTIMIVS GETA PIVS AVG. BRIT.

In altera.

In una parte. 129 87.

Geta adst laurea Coronatus sinistra furie, togam indutus, circumso
dorso imbrbis ubam, cum nummis Epigraphe. P. SEPT. GETA CAES.

39. PONT. In Abrera, Aquilas tuniam indura, ac paratyum, dextra
tenet, aqui libram, Laeva Cornucopiae, Circum scripio. AEQVI=
TAS. AVG. Nummum eum argenteum vidi Amyntae Vindelicorum
apud D. Ioannem Iacobum Fuggerum.

In altera.

Victor Imp. thoracatus, paludatus stans, dextra patinam tenet, altera spiculum inuersum. Sub quo in solo tristis, sedet, uelata Prouincia, ambabus sublapso ori suppositis, attractis arctiùs genibus animi passiones exprimens. Circumscriptio. SECVRIT. IMPERII. AVG. FIL. Numnum hunc argenteum uidi Augustæ Vindelicorum apud D. Iodm Iacob. Fuccherii.

In una parte.

38. Geta cernitur laurea coronatus, sinistrorsum obtuens, thoracem indutus, ac paludamentum, conuerso dorso. Inscriptio. IMP. CAES. P. SEPT. GETA PIVS AVG.

In altera.

Leo ferociens leui saltu flumen traiiciens, ac transiliens, Deam tergo uehit, C dextra habet illa fulmen, Læua in gremium relapsa, tunicata, ac galerata (?) ad sinistram uiam. Circumscriptio. INDVLGENTIA AVGG. IN. CARTH. Argenteus hic nummus Augustæ Vindelicor. à me ussus est, apud D. Iouinem Iacobum Fuccherum.

In una parte.

39. Geta prodit laurea coronatus, sinistro uultu, togam indutus, aduerso dorso, cum nominis circumscriptione. IMP. CAES. P. SEPT. GETA PONTIF. TR. P. COS.

In altera.

Fortuna tunicata pataqiata, stans, conuersa, una clauum tenet præfixi gubernaculi, altera Cornucopiæ. Circumscriptio. FORTVNAE AVG. Numnum cum argteum memini me uidisse Romæ apud Dñm Achillem Maphæum.

In una

In una parte.

40. Geta effigiatur laurea coronatus, sinistra facie, togatus, aduerso dorso, cum nominis circumscriptione. INLP. CAES. P. SEPT. GETA PIVS AVG.

In altera.

Fortunæ reducis simulachrum occurrit, conuersum, tunicatum, patagiatum, una in nauis rostratæ acrostolium impressa, altera in summam anchoram. circumscriptio. FORTVNAE REDVCI. Nummum hunc argenteum vidi Augustæ Vindelicor. apud D. Joan. Jacob. Fucher.

In una parte.

41. Geta adest laurea coronatus, sinistra facie, togam induitus, conuerso dorso, imberbis adhuc, cum nominis Epigraphe. P. SEPT. GETA CAES. PONT.

In altera.

Aequitas tunicam induta, ac patagium, dextra tenet æquilibrium, læua Cornucopiæ. Circumscriptio. AEQVITAS AVG. Nummum eum argenteum vidi Augustæ Vindelicorum apud D. Joann. Jacob. Fuccherum.

In una parte.

42. Geta habetur incoronatus, læua facie, togatus, conuertens adstantem dorsum, cum nominis Epigraphe. P. SEPT. GETA CAES. PONT.

In altera.

Securitas repræsentatur sedens eburneo sedi, tunicam ac patagium induta, ad dextram inclinatior, una globum tenens, altera in scondam scabis innitente. circumscriptio. SECVRIT. IMPERII. Numenum eum argeum Romæ apud D. Achillem Maphæum me vidisse recordor.

In una

48. Item Vidi numeraram, paragiarum, una mam obeapmeum ramum
habentem Lauia ylobum, Inscriptio . IR . P. III . COS . II . PP. Numnum
hum. argenteum nidi Augustae Vindelicorum apud D. Iannem
Iacobum Fuckerum.

1706.

In una parte.

43. Geta cernitur apertis capite & collo, cum nominis Epigraphe. P. SEPTIMIVS GETA CAES.

In altera.

Boni euentus Deum offendo nudum, conuersum, dextra patinam tenentem in ara subiecta, læua demittentem spicas ac papauer. Circumscriptio. PONTIF. COS. II. Nummum hunc argenteum uidi Mantuæ apud Iulium Romanum

In una parte.

44. Geta occurrit laureatus, thoracatus, paludatusq, obuerso dorso, cum nominis Epigraphe. P. SEPT. GETA P.F. AVG.

In altera.

Leo ferox sedentem Deam tergo, tunicatam, pileo donatam, quæ dextra fulmen habet, per fluminis undam subuehit sinistrorsum. Inscriptio. INDVLGENTIA AVGG. IN CARTH. Nummum eum argenteum uidi Romæ apud quendam Scrutarium,

In una parte.

45. Geta prodit laureatus, thoracem aeneum indutus, paludamento conspicuus, cum huiusmodi Inscriptione. P. SEPT. GETA PONT. CAES. AVG.

In altera.

Venus Dea tunicata, pataqiata q, in eburnea sedens sella, pedib. scabellum subditum, manu dextra globu praetendit, dextrorsum læua uestis fluentem lacinia colligens, summo è femore. Inscriptio. VENERI FELICI. Nummum eum argenteum uidi Romæ apud Antonietum Romanum Antiquarium.

In una

1707.

In una parte.

46. Geta obuius est, Laurea insignis, facie ad læuam conuersa, armatus, ac paludamento spectabilis, cum hoc Epigraphe. IMP. CAES. P. SEPT. GETA PIVS AVG.

In altera.

Signa tria militaria in armorum acceruis defixa sut ordine. Aquila medio posita loco est post clypeum constitutum. Ab lateribus sunt laureæ, cum intersertis palmarum ramulis ternis, inter transuersas humi positas peltas collocata sunt. Inscriptio. FIDES MILITVM. Nummum hunc argenteum ego per occasionem commonstrare possum.

In una parte.

47. Getæ effigies est laureata, armata, ac paludata, cum nominis elogio. P. SEPT. GETA CAES. PONT.

In altera.

Pacem uideo tunicatam, patagiatam, una manu oleagineum ramum habentem, læua globum. Inscriptio. TR. P. III. COS. II. P.P. Nummum hunc argenteum uidi Augustæ Vindelicorum apud D. Joannē Jacobum Fuccherum.

In una parte.

48. Geta uidetur aperto capite, læuo obtutu, denudato collo, cum nominis Epigraphe. P. SEPTIMIVS GETA CAES.

In altera.

Eques Geta armatus, ac paludatus, citato equo ad lævam uiam decurrit, manu dextra librati le telum habens. Circumscriptio. P.M. TR. P. XIIII. COS. III. P.P. Nummum hunc argenteum uidi Augustæ Vindelic. apud D. Joann. Jacobum Fuccherum.

Getæ

In una parte.

Geta vultum aperto rapite, laeuo obtum, dextra ramum, ad quem
46. epigraphe. P. SEPTIMIVS GETA CAES. In altera. Eques Geta
armatus, ac paludatus, cuius equus ad laeuam viam dextrorsus, manu
dextra librarius velum habens. Circumscriptio. P. M. TR. P. XIIII.
COS. III. P. P. Numisma hoc argenteum inde Augustae, Vindelicorum
apud D. Ioannem Iacobum Fuggerum.

Getæ Æ Græca.

1708.

In una parte.

1. Geta Ephæbus depingitur, læua facie, aperto capite, togatus, cum nominis titulo. Λ. CEΠ. TETAC KAIC.

In altera.

Diana Ephesia contrario in nos aspectu, arcem capite sustentans, Delphinis alludentibus, apertis manibus, expansis, ceruis tuta custodibus. Inscriptionis pars ultima . . . . . ΕΠΤΑΝ. Nummum hunc æneum grandem memini me Romæ apud D. Achil. Iem Maphæum uidisse.

In una parte.

2. Geta adest lauro coronatus, læua facie, thoracatus ac paludatus, aduertens in nos dorsum, cum nudis Inscriptione. AV. KAIC. Λ. CEΠ. ΓETAC AV.

In altera.

Leonis sinistrorsum uolitantis tergo sedens Dea Nolata cum sceptro, & arce capiti imposita, uehitur, cui aßidentem & aliam, uelut pueri imaginem mihi uidere uideor. Inscriptio. ΥΦΛ ΟΥΛΠΙΑΝ ΝΙΚΟΠΟΛΙΤΩΝ ΠΡΟCΙΕΡ. Nummum hunc æneum mediocri amplitudine apud me satis laudabilem conseruo.

In una parte.

3. Geta puer ferè effigiatur, læua facie, aperto capite, cum nominis sui titulo. Λ. CEΠT. ΓETAC KAI.

In altera.

Æsculapium refert serpens, stupendæ longitudinis, caudam

caudam uariè implectens, sinuato colle, caput ad cælum attollit. Inscriptio omninò deleta. Nummum hunc æneum mediocri amplitudine' uidi Romæ' in ædibus D. Antonij Augustini.

In una parte'.

4. Geta uidetur, læua facie', inornatus, thoracè' ac paludamento indutus, aduerso dorso. cum inscriptionis parte'. Π. CENT. ΓΕΤΑC ΚΑΙCΑΡ.

In altera.

Templum duobus gradibus latis, columnis sex Corinthiacis extructum. Tympanum cuius angularibus filijs ornatur, & corona centrali'. In delubro sedet Iuppiter obuius intuenti. Inscriptio corrosa erat tota, nisi quod ad læuum sedis latus literæ adhuc adpareant. Є. Subscriptio autem sana est. NO. ΝΕΟΚΟΡΩΝ. Nummum hunc æneum Romæ' media amplitudine' apud D. Antonium Augustinum uidimq.

In una parte'.

5. Geta uidetur, læua facie', aperto capite', thoracè' ac paludamento indutus, auerso pectore'. Inscriptio. ΑΥΤ. ΗC ΓΕΤΑC Κ.

In altera.

Pales Dea pabulorum impręsa est, quæ' inter uaccæ cornua, (quæ' fronte' gerit.) capitulum habet, nitidaq; tunicata, ab imo pectore' genuum tenus in dolio latens (pedibus cuius hinc inde' adsrimuntur boues, procumbentes) dextra manu sceptrum Aquilatum summum tenens, sinistra Victoriam palmiferam lauream sibi offerentem. Armentum ego deæ nominauí.

Inscriptio.

Inscriptio breuis est, sed difficilis. HEESLN. Subscriptio. AEI.. Nummum hunc aneum Romæ media amplitudine apud D. Augustinum Antonium uidi.

In una parte.

6. Geta adparet inornatus, ephæbus adhuc, thoracem indutus, paludatus, conuerso obuio, cum nominis Epigraph. TETA KAIEAP.

In altera.

Diana capitolina conuersa intuentibus obuia fit, in cuius utrumq; humerum pedes leonini incumbunt, capitali scipiones, mammoso pectore: apertis utrisq; amanibus, cum cereis custodibus: retroiectis in mumen faucibus. Circumscriptionis litera aliquot adparebant . . . . . PATSLN. Nummum hunc aneum magnum uidi Mantuæ apud Iul. Romanu.

In una parte.

7. Geta iuuenili admodum specie, ad sinistram respectat, sine ullo capitis redimiculo, paludatus tamen, cum inscriptione hac græca. AVT. K. M. NE. ANTSLNINOC.

In altera.

Corona laurea est, cum inscriptione media. OECCANONIKAISLN. Is nummus areus in D. Achillis Maphæi nobilis Romani musæo est Romæ à me conspectus.

In una parte.

8. Getam uideo laureatum, ore læuo, thoracatum, ac paludatum, aduerso ad intuentem pectore, cum honorifico titulo. BASINEVS EENT. TETAS KAIEAP.

In altera.

Templum Iouis capitolini tetrapilon cernitur. Quo medio

medio subter areu globis ac ouiculis ad ornatum insuptis affabrefacto stat ipse Deus, ad pubem nudus, aduersus ad spectatorem, una manu sceptrum breue tenens, altera summam hastam, pede sæuo subiectum globum calcat. Inscriptio à dextra parte. ΦΑΗΕ. .... Nummus hic æneus domi meæ seruatur.

In una parte.

9. Geta occurrit nudo capite, sæua facie, thoracem squamosum indutus, ac paludamentum, obuerso dorso, cum nominis commendatione. M. AYPHA. ΓΕΤΑΣ ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ.

In altera.

Vas rotundum, famium, lato ore reperitur: cum insita dactylo media, apud quam hinc inde ligabatur. ΠΥΘΙΑ. circum. ΙΕΡΑΠΟΛΕΙΤΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Hunc nummum æreum ego domi habeo.

In una parte.

10. Getam agnosco ab effigie, laurea insignem, obtutu sinistro, thorace insignem ac paludamento, obuerso ad spectatorem dorso, cum nominis Epigraphe graeca. ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΣΕΠΤ. ΓΕΤΑΣ ΚΑΙΣΑΡ.

In altera.

Aequitas dea, tunicata, patagiata, stat, ad dextra pronior, manu dextra libripendam præmittit, sæua cornucopiæ habet. Ob os sunt literæ. LE. Nummum hunc æneum domi meæ habeo.

In una parte.

11. Geta uidetur inornatus, læuo conspectu, thoracem ac paludamentum indutus, oppositio in nos dorso. Inscriptionem uetustas exedit.

In altera.

In altera.

Hercules abiecta claua, Cquæ post eum adpreßa est) cum Anteo colluctatur, quem fortiter læua, dextrag tenet, inclinato corpore', quod Athletæ' ad pedum firmitate' faciunt. Inscriptionis pars. . . . APICTΩN. Hunc nummum æreum domi habeo.

Getæ'. Græca Argentea.

In una parte'.

1. Geta uidetur laurea candidatus, adolescens admodum', thoracem indutus ac' paludamentum, contrario in nos dorso. Inscriptio. ΒΑΣΙΛΕΥΣ CEPT. ΓΕΤΑ ΚΑΙΣΑΡ.

In altera.

Æquitatis imago, tunicata, patagiatag stans, demißa modicè dextra libripendem tenens æquilibram, altera cornucopiæ'. Ante eius humerum dextrum adparet hæ' Literarum notæ'. ΛΕ. Argenteum eum nummu uidi Augustæ' Vindelicorum, apud D. Joan. Jac. Fuccher.

In una parte'.

2. Geta conspicitur Laureatus, ephæbus adhuc, thoracatg paludatus, conuerso ad nos dorso, cum ndis Epigraphe'. ΒΑΣΙΛΕΥΣ CEPT. ΓΕΤΑ· ΚΑΙΣΑΡ.

In altera.

Corona laurea impreßa est, cum huiu'moi monumeto. ΘΕCCΑΛΟΝΙΚΕΩΝ. Nummum hunc argentei uidi Augustæ' Vindelicor. apud D. Joann. Jac. Fuccherum.

In una.

In una parte.

3. *Geta occurrit laureatus, ore læuo, aperto collo, barbatus parum. Inscriptio.* ΓΕΤΑΣ ΚΑΙΣ. ΣΕΒ.

In altera.

Cervus ad læuam viam it: elato cornu. Inscriptio. ΕΦΕCIΩN. *Nummum hunc æreum vidi Norimbergæ apud D. Georgium Landlerum, LL. Doctorem.*

An habuerit Geta uxorem, incertum est.

CARAC.

1714.

CARACALLAE Aeneæ.

In una parte.

1. Caracallam iuuenem uideo, Laureatum, læuam uersus obtuentem, thoracatum, paludatum, contrario in nos dorso, cum nominis Epigraphe. ANTONINVS PIVS AVG. PONT. TR. P. XII.

In altera.

Sacrificij memoria designata typicis imaginib. reperitur. Imp. prætextatus. Romaq; succincta, galeam capite gestans, hastataq; medium habentes, tedituum, amictu candido, acerram tenentem, ad aram, sertis undiq; conuinctam, constructam inter pedes, desidentis humi mulieris semi-nudæ, dextras iungunt. Juxta quam lanio porcam præcidaneam, sacris deuotam tenet, ea Herculi mactebatur, qui et in sinistro angulo nudus, iuuenis adhuc effigiatus deprehenditur, dextra clauæ innitente, sinistro brachio circumplicatam leoninam pellem habens. Inscriptio actorum testis est. COS. LVD. SAEC. F. Infimo loco est. S.C. Nummum hunc æneum grandem apud D. Achillem Maphæum delineauimus. Romæ.

In una parte.

2. Caracalla effigiatur laureatus, læua facie, barbatus, thoracatus, paludatus, conuerso dorso, cum nominis Encomio. M. AVREL. ANTONINVS PIVS AVG. BRIT.

In altera.

Circus Caracallæ maximus, plurimis tectis ædificijs ornatus, ut porticibus,

S. S.

ut porticibus, cellis, tabernis, ac huiusmodi aliis, unde uel spectatores ludicra prospicerent tutò, uel concertatores æmuli, cursum, uel pugnæ principium instituerent, aggrederenturq3. Portas duas habet, cum impositis Quadrigarum Victoriis. In eo medio obeliscus ingens, ac metæ in structura longa, lataq3 posita. Circum quæ certantes uariè discurrebant, quadrigæ, fiebant factiões, decursiones spectabantur. Illius operis uestigia sunt adhuc Romæ, præfractus obeliscus, ac tectorum ædificiorũ ruinæ magnæ, uia Laurentina prope D. Sebastiani. Supra legitur. P.M.TR.P.XVI. IMP.II. infra. COS.III.PP. inferius. S.C. Nummum hunc æneum magnum perelegantem Romæ apud Antonietum Romanum Antiquarium sum conspicatus.

In una parte.

3. Caracalla prodit lauro coronatus, læua facie, thoracatus, paludatus, contrario adintuentem pectore. Inscriptio. M. AVREL. ANTONINVS PIVS AVG.

In altera.

Eques victoriosus Imp. thoracè armatus, squammoso, paludamento ob sinistrorsum equitationem latè euolitantè, ex equo citato manu dextra altè uibrato telo hostem sub equinis unguibus prostratum, clypeo munitu, attollerè se ab humo nitentem confossurus adparet. Inscriptio cum superiori continuari poterit. P.M.TR.P. XVII. IMP.III. COS... P.P. Nummum hunc æreũ grandem uidi apud Iulium Cælestinum Romæ.

In una parte.

4. Caracalla & Geta mutuis gaudent aspectibq, thoracatè, paludatè

Intra parte.

Caracalla Depingitur Laureatus, Sinistro obtutu, Thorace armatus, Paludamento, non Spectans Contrario ad nos dorso, cum nomine Circumscriptione. IMP. C. M. AV. ANTONI=
5. NVS. AVG. In Altera Zodiarus Undarum Signis Celestibus notatus, ambi=
tum nummi extimum occupat, Inque medio [illegible] rem in umbilico Curvus
Insignis Imprimitur, assubrostratus, ornari perrexim, ut in quo Scarabeum est,
Tetrapilon, cum nummis nostris minus similar brevi, ad partus, effigiare
tantum. Quale ymus plaustri in superioribus Primis Imp. nummis
Sejillarim descripsimus. Ex uno Latere Literæ ad hunc adparebant. ... Vol.
Nummum hunc æreum perrarum attritum non nihil ego domi habeo inter
meas Antiquitates, servans.

paludati, hic aduerso, ille auerso pectoribus, laureatique amb͠o, cum communi ℰpigraphe. ANTONINI. In illisibus iconibus incuserat Monetarius. COL. CAES.

In altera.

Nauis bellica sinistrorsum, uento & remis fertur, nam in prora supparum nauita subaduexit, & in transtris Thranitæ sedent officio intenti. Turrita hæc est nauis, in cuius summitate ara apparet. In thoro puppis clauo præsidet nauarchus, læua signum remigibus, arcis custodi dans. Inscriptio omninò uastata erat. Nummus hic æreus magnus uterumq; aqua me domi inter alias Antiquitates seruatur.

In una parte.

5. Caracalla decingitur laureatus, sinistro obtutu, thoracato, paludamento conspicuus, contrario ad nos dorso, cum nominis circumscriptione. IMP. C. M. AV. ANTONINVS AVG.

In altera.

Zodiacus duodecim signis cœlestibus notatus ambitum nummi extimum occupat. In quo medio, cui in umbilico Currus insignis imprimitur, artifabrefactus, ornati peregrini, ut in quo sacellum est tetrapilon, cum numinis nescio cuius simulachro, advectus effigiato tantùm. Quale genus plaustri in superioribus huius Imp. numismatis, sigillatim descripsimus. Ex uno latere trabes adhuc adsurgebant . . . COL. Nummum hunc æneum perrarum, attritum nonnihil ego domi habeo inter meas Antiquitates.

In una parte.

6. Caracalla uidetur laureatus, læua facie, thoracatus, paludatus,

aduerso dorso, cum nominis Epigraphe'. M. AVR. ANTONINVS PIVS FELIX AVG.

In altera.

Suggestus quadrangulus in parte' dextra exstructus est: in quo stans Imp. Seuerus inter filios Caracallam ac Getã (omnes armati sunt) orationem habet apud milites in concionem uocatos, uexillarios, scutatos, hastatos, principes, uelites, triarios. Inscriptio. P.M.TR.P.XVII. IMP.III.COS.III.P.P. infrà. FID. MILIT. Hemmum hunc aerum magnum uidi apud Annibalem Sanmarium Veronensem.

In una parte'.

7. Caracalla habetur laurea coronatus, sinistro oris obtutu, thoracatus, paludatus, obuerso dorso, cum nois Epigraphe'. M. AVREL. ANTONINVS PIVS AVG.

In altera.

Securitatis simulachrum reperio, tunicatum, pataqiatã, crine' per collum prominulo, dextra cerui ci suppositã, laeua habens sceptrum, in solio sedet, ad sinistram inclinatius. Cuius inter pedes scabello fulcitos ara adparet accensa. Circumscriptio. SECVRITATI PERPETVAE. infrà. S.C. Nummum hunc aeneum

In una parte'

8. Caracalla depingitur laureatus, sinistro uultu, thoracẽ' ac paludamento indutus, aduerso dorso, cum nominis adscriptione'. IMP. ANTONINVS PIVS AVG.

In altera

Equus per pratum uescens pabulum demisso capite', sinistra

10. Inscription) ANTONINVS PIVS AVG. In Area, Victoria sinistrorsum
properibus equis insigni rapiens, dextra flagellum quo tenet, ad cursum
citiorem advigens, sinistra habenas moderans, Inscription.
VICTORIA. AVGG. infra, S. C.

sinistra pergit uia. Supra quem legitur. COL. ALEX. infrà. AVG. Summum hunc æneum laudabili ampsitudine' Romæ apud Antonium Augustinum uidimus.

In una parte'.

9. Caracalla habetur, laurea coronatus, læuo obtutu, thorace' ac paludamento inauitus, aduerso pectore', cum nomine' adscripto. M. AVR. ANTONINVS PIVS AVG.

In altera.

Nauis rostrata bellica imperatoria, dextrorsum à remigibus impellitur, & in prora protensum habet supparû, in qua nauarchus stans, protensa dextera, iubet impigros ese' remiges. In Puppi sub Throno re'ticulato Imp. in sella sedet eburnea, armatus, manu dextera signum dans, imperiumque exercens, sinistra in genu demissa. Ab laterib. nauis sunt literæ'. S—C. Superscriptio aduersæ annectenda. PONTIF. TR. P. X. . . . infimo loco est. cos. . . Numus ipsum æneum laudabili ampsitudine' Romæ uidimq, designauimusq; apud D. Antonium Augustinum.

In una parte'.

10. Caracalla ephæbus adhuc Herculem refert, laureato, læuo uultu, aperto pectore' : in quo caput leoninum, pedes, pellis parumì quid, adparent. Inscriptio. ANTONINVS PIVS AVG.

In altera.

Victoria sinistrorsumì pernicibus equis bijugis rapitq, dextra flagello, quod tenet, animantia ad cursum celiorem adigens, sinistra habenas moderans. Inscriptio. VICTORIA AVGG. infrà S.C. Summum hunc æneum . . .

In una

In una parte.

11. Caracalla habetur laureo serto decorus, sæuo aspectu, aduerso, nudoq; dorso, cum nominis monumento. ANTONINVS PIVS AVG.

In altera.

Trophæum insigne è multiplici armatura collectu, (cui & ligatis retrò manibus assidet captiuus, commiserationem inspecturo facilè incussurus, qui modò humanæ sortis non planè fuerit immemor.) Victor Imp. galea, thoraceq; armatus, paludamentū etiam indutus, intuetur intentiùs, dextra manu femori impositā parazonium tenet, sinistra summā hastam: dextro præterea pedē subiectum globum calcat, ceu orbis terrarum dominus. Inscriptio cum superiore coniungenda est. PONTIF. M. TR. P. XIII. COS. III. Inferiore loco hæ duæ sunt literæ. S.C. Nummum hunc æneum Romæ apud D. Antonium Augustinum spectabili amplitudine sumus conspicati.

In una parte.

12. Caracalla depingitur lauro coronatus, sæuo obtutu, aduerso apertoq; dorso, cum nominis Epigraphē huiusmodi. ANTONINVS PIVS AVG.

In altera.

Eques gloriosus Caracalla galeatus, thoracem inductus, paludamento in cursu uolitante, barbarum (quem equus impressis atterit unguibus) resurgere ab humo nitentem, clypeo rotundo armatum, inbrato altè telo dextera, traiecturus adparet. Sub equo E. S. C.

S.C. Inscriptio superiori annectitur. PONTIF.MAX.TR.P. ... cos.III. Subscriptio autem ita habebat. PROF.AVGG. Nummum hunc æneum laudata amplitudine nobis aliquando uidendum dedit Romæ D. Anton. Augustinq.

In una parte.

13. Caracalla depingitur lauro coronatus, thoracem ac paludamentum indutus, læua face, dorsum aduertens, cum nominis titulo. IMP.CAES. M. AVR.ANTONINVS PIVS AVG.

In altera.

Equitem Imp. reducem ab expeditione feliciter gesta, caduceatoris forma, subleuata altè dextra, iubilante, læua spiculum tenentem, Roma galeata, thoracata, paludata, aduenienti Imp. gratulata, præit dextrorsum una telum, altera Trophæum gestans, subsequunturq; manipulares, armati, cum uexillis. Inscriptio ad superioris clausulam attinet. P.M.TR.P. XVIII. IMP.VIII. COS.III.P.P. infrà. S.C. Nummum istu æneum magnum Romæ apud Abbatem Riarium uidisse me recordor.

In una parte.

14. Caracalla conspicitur iuuenis admodum, laureatq; thorace ac paludamento indutus, aduerso in nos dorso, cum adscriptione huiusmodi. ANTONINVS PIVS AVG.

In altera.

Suggestus latus adsrimitur. E quo Seuerus Imp. corona aurea ornatus, palmatus, togaq; pictam indutus, in sella sedens curuli eburnea, medius inter

assessores

ambobores filios Caracallam & Getam, pari habitu, uerum non coronatos, dextra porrecta (quomodo & illi manus iactant) populo congiarium, sibi conciliando hac arte, distribui iubet. Iussa exequitur, in suggesti limbo stans Annona stolata, congium in sinum, populoris uiri, per scalas ascendentis, effundes. Utrinq; legitur. S—C. Nummum hunc æreū uidimus Romæ mediocrem apud D. Achill. Maph.

In una parte.

18. Caracalla occurrit laurea coronatus, sinistro aspectu, barba prima genas offuscante, denudato collo, & uerso nonnihil, cum nominis commendatione. M. AVREL. ANTONINVS PIVS AVG. GERM.

In altera.

Martis Statoris statua galeata, paludata, thoracata, conuersa, dextra Victoriam tenet, laureæ collatricē, & palmæ, læua simul telum, simulq; clypeū retinens. Ad pedem dei dextrum retroligatis manibus sedet captiuus, sublapso ore, tristis, ac dolens. Circumscriptio. S—C. Circumscriptio. P. M TR. P. XV. COS. III. P. P. Nummum æneum eum magnum domi meæ conseruo, inter Antiquitates meas.

In una parte.

16. Caracalla prodit laurea candidatus, sinistrorsum obtuens, barbatus, thoracatus, paludatus, conuertens contra insidentem dorsum. Circumscriptio. M. AVREL. ANTONINVS PIVS AVG. GERM.

In altera.

Prouidentia representatur, tutulo, tunica, pataq; & insignis

insignis, ad dextram procliuior, dextra uirgam seu sceptrum deorsum deſigens, seu quiaſpiam animo adſignans ſagaci. Ante quam globus in ſolo iacet, ſaua haſtam tenens. Hinc inde. S – C. Circumſcriptio. PROVIDENTIAE DEORVM. Summum hunc æneum magnum Romæ apud Antonietum Roman. Antiquarium ſum aliquando conſpicatus.

In una parte.

17. Caracalla effigiatur laureatus, obtutu læuo, barbatus, conuerſo dorſo, denudatoq3, cum nominis commendatione. M. AVREL. ANTONINVS PIVS AVG.

In altera.

Caracalla & Geta prætextati, alter altere' ac humero, altere' pectore', conuerſis, dextras ſimul data fide', iuramento uincti, iungunt ad aram accenſam: inter quos media Iulia mater habitu ſacro, ricam geſtans capite', utriq3 ita coniuncto congratulatur, concordiamq3 uirtutis ſeminarium comprobat. Circumſcriptio. PONTIF. TR. P. XIII. COS. III. infrà. S.C. Numus hic æneus magnus apud me', domi ſeruatur.

In una parte.

18. Caracalla occurrit laureatus, ſiniſtra facie', thoracem ſquammoſum indutus, ac paludamentum, barba prima genas obtectus, conuerſo dorſo. Circumſcriptio M. AVREL. ANTONINVS AVG. BRIT.

In altera.

Templum eodem ornatu, ſacrorum ritus, ac pompa eade', præcentrices ipſiſſimæ, ſuuiatilis ſtatua, æraq3 ſimilia, quemadmodum inter Seueri Aug. numiſmata deſcripſimq.

Cum

Cum eadem circumscriptione. SAECVLARIA SACRA. infrà. S.C. Nummus hic æreus magnus Romæ à me visus est apud Antonietum Romanum Antiquarium.

In una parte.

19. Caracalla effigiatur laureatus, læuo ore, loricatus, paludatus, aduerso pectore. Circumscriptio. ANTONINVS PIVS AVG.

In altera

Mars Stator galeatus deprehenditur, thoricatus, atq; paludamento indutus, dextra demissiore clypeum sumo retinens limbo, læua summum inuersa acie hastam apprehendens. Hinc inde. S—C. Circumscriptio. PONTIF. TR. P. VIIII. COS. II. P. P. Nummum hunc æneum magnum Romæ apud Antonietum Romanum Antiquarium conspeximus.

In una parte.

20. Caracalla depingitur inornatus, læuo aspectu, togatus, conuerso dorso, cum nominis Epigraphe. M. AVR. ANTONINVS CAES.

In altera.

Signa religionis sex in ordinem disposita adparent, lituus, culter, patina, trulla, sympuuium, aspergillum. Circumscriptio. SEVERI AVG. PII. FIL. infrà. S.C. Hunc nummum æneum magnum vidi Augustæ Vindelic. apud D. Joannem Jacobum Fuccherum.

In una parte

21. Caracalla cuius est Laurea caracalatus, læuo ore, barbatus parum, thoracatus, paludatus, conuerso dorso. Inscriptio. M. AVREL. ANTONINVS PIVS AVG. BRIT.

In altera.

In altera.

Martem Statorem uideo probè armatum, paludamento insignem, dextra terrentem Victoriam, laureæ & palmæ donatricem, læua in clypeum remissa, uno stadio pariterè hastam apprehendentem. Antè quem captiua sedet Prouincia. Hinc indè. S — C. circum. P. M. TR. P. XVII. IMP. III. COS. IIII. P. P. Nummum hunc æreum magnum satis, domi meæ seruo.

In una parte.

22. Caracalla effigiatur, laurea donatus, sinistro aspectu, barbatus, thoracem squammosum indutus, paludato, aduerso dorso. Inscriptio. M. AVREL. ANTONINVS PIVS AVG. BRIT.

In altera.

Victoria ad pubem nuda, pedè læuo galeam conculcãs, Trophæum insigne construit, è Britannicis armaturis. Retro quod ipsa prouincia deuicta constituta est, ac assidet captiuus retrosigatis manibus. infrà. S. C. Circumscriptio. VICT. BRIT. TR. P. XVIII. COS. IIII. PP. Nummum hunc æreum magnum Romæ apud D. Achillem Maphæum sum conspicatus aliquando.

In una parte.

23. Caracalla uidetur læuo obtutu, lauro redimitus, aduersa dorsi parte, detectaq; : cum nominis Epigraphe. ANTONINVS PIVS AVG.

In altera.

Roma tunicam breuem induta, exertis papilla, ac brachio læuis, pedè dextro globum supprimens, galeata, dextra paralonium retinens, sinistra

summam

summam hastam apprehendens. Trophæum è conspectu positum, è cæside, thorace, sago, clypeis hostilibus spoliis ~~libus~~ comparatum, cum admiratione intuetur: at sermonem cum adligata retro manibus, humi desidente provincia stolata, vultum attollente, monendæ commiserationi, misereri videtur. Inscriptio superiori annectenda. PONTIF. TR. P. XIII. COS. III. Subscriptio est. S.C. Nummum hunc æneum mediocrem vidimus Romæ apud Iulium Cælestinum.

In una parte.

24. Caracalla videtur laurea insignis, barbatus, aperto collo, conuerso nonnihil, cum nominis Epigraphe.
M. AVREL. ANTONINVS PIVS AVG. BRIT.

In altera.

Fortuna tutulata, tunicata, patagiatagè, ad dextram intentior, dextra clauum gubernaculi globo impositi tenens, læua cornucopiæ. intra sedis pedes rota posita est. Circumscriptio. FORT. RED. P.M. TR. P. XIII. COS. III. P.P. infrà. S.C. Nummum hunc æreum magnum Romæ apud D. Achillem Maphæum conspeximus.

In una parte.

25. Caracalla videtur laureatus, barbatus, sinistra facie, thoracem squammosum indutus, ac paludamentum, conuertens ad nos dorsum, cum nominis Commendatione.
M. AVR. ANTONINVS PIVS AVG. BRIT.

In altera.

Securitatis imago, tunicata, patagiata, sedens in alto solio, dextro cubito in summo sedis limbo incubente, manu capiti subacta, læua sceptrum tenens. Aquilatum.

Ante

In Vna parte 146

Caracalla nudum laurea insignis, barbatus, aperto collo, cum scutis manibus
cum nominis epigraphe M. AVREL. ANTONINVS PIVS AVG. BRIT. In
2 q. Altera, Fortuna tutulata, turrita, paragiata, ad dextram inversior, dextra
clauum, sinistra cornucopiae virga, globo impositi tenens, circa Cornucopiae virga finis
finis rota posita est. Circumscriptio. FORT. RED. P. M. TR. P. XIIII.
COS. III. P. P. infra, S. C. Numisma hoc aeneum magnum apud
D. Archiepiscopum Mayntzensem conspeximus.

Ante dex pedes præstructa uidetur Ara. Circumscriptio. SECVRITATI PERPETVAE. infrà. S.C. Nummum eum æneum magnum Romæ nobis commonstrauit Antonietus Romanus Antiquarius.

In una parte.

26. Caracalla depingitur laureatus, læuo obtutu, barbatus, detecto collo, obuersoq; cum nominis Epigraphe. M. AVREL. ANTONINVS EIVS AVG. BRIT.

In altera.

Mars Stator, galeatus, thoracatus, paludatus, dextra Victoriam præmiatricem, lauream palmamq; Victori concedentem habens, læua in clypeum immissa, uno studio hastam retinens. Dextro pedi captiuus assidet humi, turbati animi passionem exprimens. Hinc inde. S—C. Circumscriptio. P.M.TR.P.XVIII. COS.IIII.PP. Nummum hunc æneum magnum domi meæ apud meas Antiquitates asseruo, habeoq;.

In una parte.

27. Caracalla effigiatur incoronatus, læuo obtutu cris, imberbis, thoracatus, paludatus, conuerso dorso, cum nominis Epigraphe. M. AVR. ANTON. CAES. PONTIF.

In altera.

Mars Vltor ad sinistram pergit, galeatus, nudus, syndone tantùm hinc atq; inde uentilante, humbis prælucinctus, dextra telum librans, læua Tropheum baiulans. Hinc inde. S—C. Circumscriptio. MARTI VLTORI. Nummum eum aneum magnum domi meæ habeo.

In una parte.

28. Caracalla prodit laurea candidatus, barbatus, apto collo, paulùm conuerso. Circumscriptio. ANTONINVS EIVS AVG. GERM.

In altera.

In altera.

Curru bijugorum boum ad dexteram inuehitur Pales dea, circum cuius uerticem circulariter flameum circumagitatur, perq3 axillam utramq3 relabitur, dextra lora retinens, læua thoracè indita. Circumscriptio. P.M.TR.P.XX. COS.III.P.P. infrà. S.C. Nummum hunc æneum magnum Romæ apud D. Achillem Maphæum uidi, similemq3 alterum domi habeo ego.

In una parte.

29. Caracalla prodit laureatus, læuo conspectu, thoracem squammosum, ac paludamentum indutus, cuius lacinia tantùm in læuum humerum relecta est, cum nominis Epigraphe. ... M. AVR. ANTONINVS.

In altera.

Victoria palmifera sinistrorsùm peruolat citissimè, dextra manu lauream offerens. Inscriptio. S.P.Q.R. EM. PRINCIPI. Nummus iste æreus mediocris amplitudinis in Museo nostro est.

In una parte.

30. Caracalla Getaq3 fratres sese inuicem intuentur, laureati ambo, apertis ambo pectoribus, hic aduerso, ille auerso. Inscriptio corrosa, uastataq3 omninò erat.

In altera.

Eques Caracalla armatus, paludamento uolitante, sinistrorsùm citato equo, altè sublata dextra telum uibraturus uidetur in humi prostratum barbarum. Inscriptionis nihil sani potuit. Nummus hic æreus apud me est, amplus.

In una

1728.

In una parte.

31. Caracalla procit, sinistro uultu, laureatus, thorace' Phrygiano indutus, cui Medusæ caput adspectus, metus incutiendi, & ornatus gratia, intextum, pectore' aduerso. Inscriptio. IMP. C. M. AVR. ANTONINVS AVG.

In altera.

Curtus, ex eorum numero, qui circensibus uehebantur in memoriam defunctorum, solemnis habetur: contra spectantem rotatus, Huic impositu' templi uestibulum, columnis quatuor exurgentis, fastis, coronisq; preciosissimis, duobus lauri ramulis in summitatibus hinc inde' affixis, spectabile', ac honorificum. Venerabile' etiam, quòd diuinam imaginem in introitu impositam commonstret. Inscriptio difficilis fuit. COL. MR. AVGVSTA SIDO. Hunc æreum Orbem uulgatæ amplitudinis hèt Hugo Hubertus Mutinensis.

In una parte.

32. Caracalla occurrit laurea candidatus, læua facie', armatus, paludamento insignis; aduerso dorso cotta intuentem, cum nominis Epigraphe'. M. AVR. ANTONINVS PIVS AVG. BRIT.

In altera.

Signa tria militaria hoc ordine' collocata, ut medium cæteroremq; locum habeat Aquila, inter manipulos. Inscriptio. COL. AVG. Nummum hunc max. mihi interdum Lugduni commonstrabat D. Gulielmus Caulius.

In una
S. T.

In una parte.

33. Caracalla ad sinistram partem intuens, laurea insignitus, thorace ac paludamento amictus, procit, cui talis inscriptio est. M. AVR. ANTONINVS AVG.

In altera.

Diana Statua uidetur, contrario ad intuentem situ, medio numismate expressa, tunica succincta, dextera Trophæum construens, è thorace, galea, & sago, sinistra spiculum habet, Vertice capitulum gerit, unde & in tergum flammeum retrolabi uidetur. Ad pedes hinc Dactylam, inde Cruum habet. In sinistris Victoria altissimæ columnæ imposita, palmifera, deæ lauream donat. Inscriptio. TVTI ORVM. Hic æreus nummus magnus apud Sebastianum Erizzum Venetum conspici poterit.

In una parte.

34. Caracalla cernitur laureatus, læuo obtutu, thorace ac paludamento indutus, aduerso ad nos pectore. Inscriptio. M. AVREL. ANTONINVS PIVS BRIT.

In altera.

Mercurius petasatus, læua ex humeris in dorsum reiecta, dextram manum in contractius alte genu immittens, sinistra uero caduceum tenens. Cui adpressus est aries, sinistrorsum iturus, retorta in Deum facie. Inscriptio deleta est. Hunc æneum nummum Romæ apud D. Antonium Augustinum uidimus.

In una parte.

35. Caracalla ad sinistram partem intuetur, laureatus, thoracatus,

thoracatus, & paludatus, cum tali nomenclatura. M. AVR. ANTONINVS AVG.

In altera.

Nauis rostrata constrata, dextrorsum pergit, in qua remiges in foris sedent, proretaq; clauum regit. Proram Pallas telo, ac Aegide tuta tenet. Sub throno Imp. contecto puppis acrostoliate sedet, suis elata manu dextera signum dans. Inscriptio. FELICITAS AVG. Hinc inde. S—C. Subscriptio. cos. II. Hunc æreum nummum mediocri magnitudine apud Sebastianum Erizzum videbis.

In una parte.

36. Caracalla oculis spectantis obijcitur, laurea decorus, lorica, paludamentoq; indutus, auerso pectore, læua facie. Inscriptio. AVT. M. AVR. ANTONINVS AVG.

In altera.

Fortuna Capitolina, stolata, clauum gubernaculi, rostro nauis impositi dextra tenet, sinistra cornucopiæ. Inscriptio. APOL ..... Videturq; insuper in dextera parte, circa gubernaculum. L. Apud Franciscum Venierum æreus hic nummus mediocris habetur Venetijs.

In una parte.

37. Caracalla conspicitur, laurea coronatus, læuo aspectu, thorace ac paludamento indutus, aduerso pectore. Inscriptionis unica superest syllaba .... ANT....

In altera.

Victoria collocata est, clypeum Dactylo appensum memorabilius Imp. gestis signans. Inscriptio.

prorsus

S. T. ij.

prorſus deleta eſt. Nummum iſtum æreum Romæ apud D. Antonium Auguſtinum mediocri amplitudine conſpeximus.

In una parte.

38. Caracalla effigiatur laureatus, læua facie, thoracato, paludatus, conuerſo dorſo, cum nominis Epigraphe. M. AVREL. ANTONINVS AVG.

In altera.

Zodiacus cæleſtis totam æris ſuperficiem ambit: quo medio uti in centro ſempſum dypilon adparet, triangulari faſtigio, cum media neſcio cuius numinis ſtatua. Hinc inde. COL—RTO. Nummum hunc æneum mediocrem, rarum domi ego ſeruo.

In una parte.

39. Caracalla occurrit laurea candidatus, læuo obtutu, thoracatus, paludatus, cum nominis Epigraphe. M. AVR. ANTONINVS PIVS AVG.

In altera.

Equus ſiniſtra uia pabulatur. Inſcriptio. COL. AVG. TROAD. Nummum hunc æreum mediocrem me uidiſſe recordor apud D. Guilielmum Caulium Lugduni.

In una parte.

40. Caracalla occurrit Laureatus, dextra facie, aperto collo, conuerſoq; . Circumſcriptio planè deleta erat.

In altera.

Genius Capitolinus, conuerſus, pallio ad tergum relabente, una haſtam tenet, altera Cornucopiæ. Nec hic literæ ullæ capi potuerunt. Nummum hunc æneum mediocrem nos domi habemus.

In unæ

1732.

In una parte.

41. Caracalla laureatus adest, læuo obtutu oris, conuerso corpore, denudatoq; : in cuius læuo humero summo togæ adparet iniecta lacinia, cum nominis Epigraphe.

M. AVR. ANTONINVS PIVS AVG.

In altera.

Conuiuium, seu commessatio repræsentatur. Subter cælo antri in vestibulo, non arte, sed natura ipsa facto, in angulo læuo Hercules in trunco sedet diadematus, leonina pelle humeris, genitalibusq; obiecta, ad mensam quadrupedem, sertis obuinctam, dextra symbium tenens (quod Deianiræ assidenti, dextra alte iactanti, iubilantis instar, ac Euæ euæ uociferanti præbibit, non grauate id accipienti, nam amatum lena amplectitur,) læua clauam tenet humi demissam, ad arborem Aesculum, quæ cauernæ partem ambit, ornatq;. Oppositum angulu tenent hospites, ac conuiuæ, uiri, ac puellæ, & pueri. Pastor ante omnes sedens tunicatus, caligatus, peronatus, sarcinulam humero gerens uestitur. Adsidet socius togatus, pateram uino plenam a ministra uirgine accipit, & grates agit. Canthari etiam adparent uini capaces. Denique ut summatim dicã, omnia hic hilaritatis plena, & securitatis, queis donis Liber pater temperantior homineis præcipue beat. Infra legitur. cos. II. inferius. S.C. Numisma hunc æneum mediocri amplitudine, laudatissimum, rarumq; uidi Romæ apud Antonietum Romanum Antiquarium.

In una.

In una parte.

42. Caracalla laureatus adest, sinistro uultu, barbatus, conuerso collo, apertoq; cum nominis Epigraphe. ANTONINVS PIVS AVG. BRIT.

In altera.

Mars Victor occurrit, galeatus, thoracatus, paludatus, conuersus, dextra, quam intuetur, Victoriam præmiatricem tenens, læua summum clypeum demissore, pariq; opera hastam. Ad dextrum cuius pedem captiui est imago, manibus post terga ligatis. Hinc inde. S—C. Circumscriptio. P.M.TR.P. XVI. COS.III. P.P. Nummum eum æneum mediocrem domi meæ præseruo.

In una parte.

43. Caracalla accedit laureo ornatus serto, facie læua, aperto colle, conuerso modice, cum nominis Encomio. M. AVREL. ANTONINVS PIVS AVG. GERM.

In altera.

Curru triumphali alto trabeatus Imp. Caracalla, corona aurea decorus, una lauri ramum, altera Aquila tum tenens sceptrum, ad sinistram uiam inuehitur quatuor Equis trahentibus. Post Victorem Victoria adstat, lauream altissima dextra porrigens. Circumscriptio. P.M.TR.P. XVI. IMP.II. COS.III. P.P. infra. S.C. Nummum hunc æneum mediocre domi meæ asseruo.

In una parte.

44. Caracalla prodit laurea decorus, sinistrorsus obtuens, parum barbatus, thoracatus, paludatus, conuerso pectore,

pectore', cum nominis Epigraphe'. ANTONINVS PIVS AVG. GERM.

In altera.

Mars Stator armatus, galea, thorace', paludamentoq; insignis, una Victoriam tenet præmiatrècem, altera in clypeum demittit, qua opera simùl tenet hastam. In solo à dextris est imago captiui, retrolegatis manibus. Hinc inde'. S— C. Circumscriptio. P.M.TR.P.XVII. IMP.III.COS.III. P.P. Nummu hunc æreum mediocrem apud me' domi habeo.

In una parte'.

45. Caracalla videtur Laureatus, læua facie', conuerso collo, apertoq;, cum nominis Epigraphe'. ANTONINVS PIVS AVG. BRIT.

In altera.

Elephas ad læuam uiam tendit, demissa promuscide'. Circumscriptio. MVNIFICEN. COS. III. P.P. Infrà. S. C. Nummum hunc æreum mediocrem uidi Romæ apud V. Achillem Maphæum.

In una parte'.

46. Caracalla videtur laurea insignis, læuo obtutu, nudo collo, cum titulo nominis. ANTONINVS PIVS AVG. BRIT.

In altera.

Roma cassidè' crestata armata, thoracata, paludataq;, sinistrorsum intuens, stat, manu dextra sublimem hastam apprehendens, sinistra lateri accumbens Parazonium tenet. Læuoq; pede' globum calcat. Inscriptio superiori adsignet. P.M.TR.P.XIII.COS.III. Numulum hunc nos possumus ostendere'.

In una

In una parte.

47. Caracalla uidetur aperto capite, cum nominis Epigraphe huiusmodi. DIVO ANTONINO MAGNO.

In altera.

Aquila in sphæra cœlesti adparet, explicatis alis. Inscriptio. CONSECRATIO. Summum hunc argenteũ uidi Norimbergæ apud Bilibaldum Incurium.

In una parte.

48. Caracalla uidetur laureatus, læua facie, thoracatus, nec non paludatus, cum nominis Epigraphe. M. ANTONINVS AVG. GERM.

In altera.

Phœbus, seu Apollo, quadriga sua pernicißima, ad dextrum subuolat ætiner, dextra habenas regens equos, læua flagellum tenens: radiato capite. Sub equis est. S.C. Circum. P.M.TR.P.XX. COS. IIII. P.P. Numus hunc æreum memini me uidißе Norimbergæ apud D. Georgium Kandlerum, JC. Doctorem.

In una parte.

49. Caracalla prodit laureatus, læuo obtutu, togam induto, cum huiusmodi Epigraphe. IMP. CAES. M. AVREL. ANTONINVS PIVS AVG.

In altera.

Salus dea, stat prætextã puram ĩnauta, una manu tenens medium serpentem, altera patinam libatoriam, qua feram cibat: ad læuam intentior. Hinc inde. S-C. Circumscriptio. SALVS ANTONINI AVG. Summũ hunc æreum mihi commonstrauit D. Georgius Kandlerus, JC. Doctor. Norimbergæ.

In una

1736.

In una parte'.

50. Caracalla videtur laureatus, læuo ore', thoracatus, paludatus, cum nominis elogio. IMP. CAES. M. AVR. ANTONINVS PIVS AVG.

In altera.

Corona laurea cernitur, cum centralibus literarum harum signis. S.C. Nummus hic æneus domi meæ' visitur.

In una parte'.

51. Caracalla cernitur Laureatus, læua facie', aperto collo, cum nominis Epigraphe'. M. AVREL. ANTONINVS PIVS AVG.

In altera.

Sacrum, pro concordia fratrum, solemne' fit. Prætextatos enim Caracallam ac Getam adstaras, iunctas dextras, laureatos, obuelatos capita, quorum alter paraZonium habet dextra manu, alter schedam, mediùs pater Seuerus aduersus, pari cultu, ambos amplectitur, et ad fidem, amoremq; mutuum instruit. Inscriptio. PONTIF. TR. P. XIII. COS. III. infrà S.C. Hunc nummum æneum domi meæ habeo.

In una parte'.

52. Caracalla videtur aperto capite', thoracatus, paludatus, cum nominis testimonio. IMP. ANTONINVS PIVS AVG.

In altera.

Ybele turritam coronam capite' gerens, simulq; uelata, ad læuam oculo deflexo reperitur. Inscriptio. MATER DEVM. Nummum hunc æreum ego domi habeo.

In una parte'.

Caracalla

53. Caracalla prodit laureatus, læua facie, thoracatus, paludatus, aduerso dorso, cum nominis Epigraphe. M. AVREL. ANTONINVS PIVS AVG. BRIT.

In altera.

Venus uictrix, tunicata, patagiata, stat, una manu lauri ramum habens, altera columbam. Inscriptio. TR. P. III. COS. III. P. P. Nummum hunc æneum uidi Romæ apud Antonium Augustinum.

In una parte.

54. Caracalla occurrit laureatus, læuo obtutu, thoracem indutus, ac paludamentum, aduerso dorso, cum hoc Epigraphe. IMP. CAES. M. AVR. ANTONINVS AVG.

In altera.

Concordia repræsentatur, tunicata, ac patagiata, stans, media inter sex signa militaria, quorum proximum à dextris manu corripit medium, læua habet sceptrum. Inscriptio. CONCORDIA MILIT. Hunc nummum æneum uidi Romæ apud D. Achillem Maphæum.

Caracallæ

2 Caparalla & Geta, Imperatores, opposuis sibimmicem nubibus ambo Laureati thoracati, ac paludati, hic adverso portore, ille dorso Inscriptio non sora habetur, IMP. CAES. . . . NVS PIVS AVG. In altera, Equites, Cararullam sinistris Imperia habentes, Victoria palmifera, & dextera manu Laurea egnit altissime praeit, Insequuntur aurea milites, Signati, ac hastati Inscriptio · VIRTV. AVGG. Nummum hunc aureum maximum, Amerino Amerini Bonomensi nobis ostendit.

1738.

Caracallæ Aenea præstantiora.

In una parte.

1. Caracalla habetur, læua facie, laureatus, loricatusq3, læua manu, quam ad humerum usq3 paludamenti lacinia tectum, eleuat, schædam tenens. Inscriptio. M. AVREL. ANTONINVS PIVS AVG.

In altera.

Hercules nudus stat, dextro vultu, dextera manu pateram supra aram gradibus instructam, intulis vittaq3 ornatam tectamq3, ac accensam, sinistra autem clauam, pellemq3 conuolutam leonis tenens. Ob os huius duo galeri Castoris & Pollucis conspiciuntur. Inscriptio. VIRTVS VOT.... TR.P. III. Summum huc areum mediocrem apud Petrum Dames Hispanum Venetijs uidimus.

In una parte.

2. Caracalla & Geta depinguntur, oppositis sibinuicem vultibus, ambo laureati, thoracati, paludati, hic aduerso pectore, ille dorso. Inscriptio non tota habetur. IMP. CAES. ..... NVS PIVS AVG.

In altera.

Equites Caracallam, Getamq3, fratres togatos, dextris sublatis gestientes, caduceatorum more, sinistris scepera habentes, Victoria palmifera, quæ dextra manu Lauream egerit altissimè, præit, sequuntur autem milites, scutati, ac hastati. Inscriptio. VIRTV. AVGG. Summum hunc areum max. Americus Americi Bononiensis nobis ostendit.

In una

In una parte.

3. Caracalla uidetur, sinistro uultu, laureatus, thorace' squammoso, paludamentoq; amictus, auerso dorso. Inscriptio. IMP. CAES. M. AVR. ANTONINVS P. F. AVG.

In altera.

Æneas patrem Anchisen læuo humero ab incendio ereptum exportat sinistra uia, retrospectans tamen, dextra manu paruum Iscanium puerum ducens, qui pileatus est, tunicatus, incuruamq; uirgam dextra tenet. Inscriptio. COL. ANTON. . . . Nummum hunc æreum Maximum habet Petrus Nanes Hispanus Venetijs.

In una parte.

4. Caracalla depingitur laureatus, læuo obtutu, thoracatus, paludatus, auerso dorso, cum nouis Epigraphe: M. AVR. ANTONINVS PIVS AVG.

In altera.

Leo ad læuam uiam currit: rictu fulmen habens Iouis, sine' literarum ulle uestigio. Nummum eum peramplum Lugduni habet D. Guilielmus Caulius.

Argentea.

1740.

Argentea.

In una parte.

1. Caracalla ephæbus, læua incedit facie, thoracem ac paludamentum indutus, oppto ad intuentem dorso, cum nominis monumento. ANTONINVS AVGVSTVS.

In altera.

Trophæum erectum est, è uarijs constructum armaturis, è galea, thorace, paludamento, clypeis, sceptrisq, peltisq. Cui et appensum est Labarum, sub spolijs. Apud illud hinc indè agident humi captiui, pileis acuminatis capitibus tecti, mœstitiam animi, suppositis manibus innixi ostendentes. Inscriptio cu superiori adiungetur. PONTIF. MAX. TR. POT. X. P. IIII. cos. Nummum hunc argenteum Romæ apud D. Antonium Augustinum uidimus.

In una parte.

2. Caracalla videtur Laureatus, læuo obtutu, denudato colle, conuerso modicè, cum nominis Inscriptione. M. AVREL. ANTONINVS PIVS AVG. BRIT.

In altera.

Iuppiter Capitolinus togatus, conuersus stans, aperta dextra erantis instar, læua tenens scipionem eburneum. Circum scriptio. P. M. TR. P. XVIII. COS. IIII. P. P. Nummum hunc argenteum uidi Augustæ Vindelicor, apud D. Joannem Jacobum Fuccherum.

In una parte.

Caracalla

3. Caracalla uidetur laurea decorus, sinistro ore', aperto collo, conuersoq3, cum nominis Epigraphe'. ANTONINVS PIVS AVG. BRIT.

In altera.

Prouidentiæ' simulachrum, tunicatum, patagiatum, dextra uirgam defigit in subiectum globum, eminus enentura prævidens, læua hastam habet. Circumscriptio. PROVIDENTIAE DEORVM. Nummū eum argenteum Romæ' uidi apud D. Achill. Maphæū.

In una parte'.

4. Caracalla cernitur laureatus, sinistrorsum obtuens, barbatus, aperto collo, conuersoq3, cum nominis commendatione'. ANTONINVS PIVS AVG. BRIT.

In altera.

Mars propugnator galeatus, armatus, paludamento retrò uolitante', inclinatiore' corpore' telum in obuiu quemuis hostem præfigit dextra uia: læua Trophæū gestans. Circumscriptio. MARTI PROPVGNATORI. Nummum hunc argenteum uidi Augustæ' Vindelicorum apud D. Joannem Jacobum Fuccherum.

In una parte'.

5. Caracalla uidetur laurea insignis, leuo obtutu, spectabili thorace' indutus, ac paludatus. cum nomine' circumscripto. ANTONINVS PIVS AVG.

In altera.

Pax tunicata, patagiata stans, una caduceum het', altera Cornucopiæ'. Circumscriptio. FELICITAS AVGG. Nummum hunc argenteum uidi' Romæ' apud D. Achillem Maphæum.

In una

In una parte'.

6. Caracalla obuius sit laurea donatus, sinistro uultu, apto collo, conuerso nonnihil, cum nominis Epigraphe'. ANTONINVS PIVS AVG.

In altera.

Votiuis sacris intentus Imp. pretextam sacram inauitus, dextra patinam tenet supra aram accensam, laeua scheadam. Circumscriptum. VOTA SVSCEPTA X. Nummum hunc argenteum uidi Romae apud D. Achillem Maphaeum.

In una parte'.

7. Caracalla prodit laureatus, laeua facie', togatus, & uerso modicè dorso, cum nominis Epigraphe'. IMP. ANTONINVS PIVS AVG.

In altera.

Annona tunicata, pataqiata, stans, reperitur, una tesseram ostentans, altera cornucopiae'. Circumscriptio. LIBERALITAS AVG. II. Nummus hic argenteus à me' uisus est Augustae' Vindelic. apud D. Ioan. Jac. Fuchsium.

In una parte'.

8. Caracalla uidetur laurea coronatus, laeuo obtutu, cu nominis Epigraphe'. ANTONINVS PIVS AVG. GERM.

In altera.

Annona uidetur tunicata, pataqiata, una tesseram tenens altiorem, altera cornucopiae'. Circumscriptio. LIBERAL. AVG. VIII. Nummus hic argenteus à me' uisus est Augustae' Vindelic. apud D. Jo. Jac. Fuccherum.

In una parte'.

9. Caracalla ornatus corona laurea occurrit, aperto collo, conuerso3, cum nois Epigraph. ANTONINVS PIVS AVG. BRIT.

In altera.

In altera.

Martis Pacatoris imago galeata, conuersaq3, uelamento breui genitalibus obiecto, in laeuum brachiu relapso: una facem accensam tenet, altera clypeum demissa, hastamq3. Circumscriptio. MARTI PACATORI. Hunc nummum hunc argenteum uidi Augustae Vindelic. apud D. Joannem Jacobum Fuccherum.

In una parte.

10. Caracalla prodit laurea coronatus, sinistro obtutu, thoracatus, paludamentoq3 indutus, contrario modicè collo. Circumscriptio. ANTONINVS AVGVSTVS.

In altera.

Pax tunicata, patagiata, una caduceum tenet, altera cornucopiae. Circumscriptio. FELICITAS AVGG. Nummum hunc argenteum Augustae Vindelicor. apud D. Joannem Jacobum Fuccherum uidimus.

In una parte.

11. Caracalla uidetur, laurea candidatus, sinistro aspectu, thoracem indutus ac paludamentum, contrario ad nos dorso. Inscriptio. ANTONINVS PIVS AVG.

In altera.

Victoria celerrimè dextrorsum procurrens, uolitante habitu, dextra lauream porrigit, laeua tenet palmae ramum. Circumscriptio. VICT. PART. MAX. Hunc nummum argenteum uidi Romae apud D. Achillem Maphaeum.

In una parte.

12. Caracalla uidetur laureatus, laeuo cre, iuuenis adhuc, thoracem ac paludamentum indutus, aduerso dorso, cum nominis Epigraphe. IMP. CAES. M. AVR. ANTON. AVG.

In altera.

1744.

In altera.

Iuuenta repræsentatur, tunica breui amicta, paludata, dextra Victoriam præmiatricem, lauream efferentem ac palmam, læua inuersum scipionem. Ad dextrum cuius pedem captiuus sedet, retroligatis manibus. Circumscriptio. IVVENTA IMPERII. Numisma hunc argenteum uidi Augustæ Vindelicorum apud D. Joan. Jacobum Fuccherum.

In una parte.

13. Caracalla occurrit laurea candidatus, sinistro oræ conuerso modicè dorso, denudato, cum nominis Epigraphe. ANTONINVS PIVS AVG.

In altera.

Eques Caracalla armatus, paludamento exsilitante, dextra telum librans, ad sinistram decurrit uiâ citissimè. Circumscriptio. P.M.TR.P.XIII. COS.III. P.P. Nummum hunc argenteum uidi Augustæ Vindelicorum apud D. Joan. Jacobum Fuccherum.

In una parte.

14. Caracalla depingitur laurea decorus, læuo obtutu, barbatus, denudato collo, conuerso modicè, cum nominis circumscriptione. ANTONINVS PIVS AVG. BRIT.

In altera.

Hercules nudus, stat conuersus, una lauri tenens ramum, altera circumplicatam brachio Leoninam pellem, ac clauam. Circumscriptio. P.M.TR.P.XV. COS.III.P.P. Argenteum hunc nummum apud D. Achillem Maphæum uidi Romæ.

In una parte.

Caracalla

S.V.

15. Caracalla cernitur laurea coronatus, sœua facie, aperto collo, conuerso modicè, cum nominis Epigraphe. ANTONINVS PIVS AVG.

In altera.

Eques Caracalla, laurea donatus, thoracatus, paludatus, tele forti dextra uibrata prostratum humi barbarum, animo contemnato, excurgere nitentem, confossuro similis est: ita ad ictum corpus inclinat, equus uerò ad sinistram uiam. Circumscriptio. PONTIF. TR.P.XI. COS. III.P.P. Nummum hunc argenteum Romæ apud D. Achillem Maphæum uidimus.

In una parte.

16. Caracalla ephœbus uidetur, laurea insignis, læuo obtutu, thoracatus, paludatus, obuerso corso, cum uotis commendatione. ANTONINVS PIVS AVG.

In altera.

Trophæo ingenti medio aßident in solo ab utroq; latere captiui uir, faminaq; Parthi, sublapsis oribo, mœstitiam animi præseferentes. Circumscriptio. PART. MAX. PON. TR.P. COS. Nummum eum argenteum uidi Romæ apud D. Achillem Maphæum.

In una parte.

17. Caracalla depingetur laureatus, sinistra facie, læuo cre, aperto collo, conuersoq;, cum nominis circumscriptione. ANTONINVS PIVS AVG.

In altera.

Imp. armatus, paludatusq;, una patinam tenet in ara accensa, altera sceptrum liliatum. Circum. RIGOR POPVLI ROM. Nummum eum argenteum nos domi habemus.

In una

manu teneram ostendit, altera cornucopiae circumscriptio. LIBERALITAS.
Corbis, seu fiscella è iunco, vtrimque contexta elegantèr, ac magno labore cernitur, Sphericaterè forma, angusti oris: supra quod legitur. ΠΠΙΑ. Inferiùs. ΠΥΟΙΠ. Circumscriptio mendosa est. . . . . ΠΜ. ΠΗΤΡΟΠΟ. Hic nummus æreus mediocris est apud Sebastianum Erizzum Venetum.

In una parte.

38. Caracalla ad lævam intuens, laureatus prodit cum inscriptione hac. ΑΥΤ. ΚΑΙCΑΡ ΑΝΤΩΝΕΙΝΟC.

In altera.

Vrceus videtur, aut corbis, ampli oris, exquisiti operis.

Vbi

41. ANTWNIÑOC. In Altera stemmata nudus, sinistrorsum intentus
dextera tantum retrorsum vulta, dextram clauæ dextræ humi
imprimit. Sinistro brachio obnolutum, leonis pellem tenet. Proxime
clauam arcus apparet. In opposito vero angulo pharetra, hic scripsio
ΘΑCIWN. Nummum hunc eatenus mediocrem apud me habeo
domi

Vbi superiore' loco legitur. ΣΙΝΙΑ., inferiore'. ΑΥΡΙΑ. In circumferentia uerò nummi ... ΣΙΜ.. ΜΗΤΡΟΝΟ. Paruum hunc nummum habet aereum Sebastiano Erizzo Venetus.

In una parte'.

39. Caracalla leuo aspectu, laureatus, aperto uidetur collo, cum hac adscriptione'. IMP.CAES.M. AVR. ANTONINVS P.F. AVG.

In altera.

Corona triumphalis. Cum duob. characterib. grand. A. ω E. Suppositaq; Solis nota satis eminente'. Apud Petrum Rames Hispanum aereus nummus hic mediocris à nobis usus est Venetijs.

In una parte'.

40. Caracalla depingitur laureatus, leuo obtutu, thoracem squammosum indutus, ac insigne' paludamentum, aduertens contra nos dorsum. Inscriptio. A.K.M. AVR. ANTONEINOC.

In altera.

Victoria ad dextram uiam it uolitante' habitu, una manu lauream tenens, altera palmae' ramu'. Ante' deae' pedes rota adparet. Inscriptio corrupta. MYNICIS TOΘEN. Summum hunc aereu mediocrem memini me' aliquando uidisse' apud D. Gulielmum Cauium Lugduni

In una parte'.

41. Caracalla depingitur laureatus, leuo obtutu, thoracem ac paludamentum indutus, aduerso dorso, cum inscriptione'. AYTOKPATωP ANTωNINOC.

In altera.

In altera.

Hercules nudus, sinistrorsum intentus, deflexo tm retrorsum vultu, dextram clavæ humi defixæ imprimit, sinistro brachio obvolutam leonis pellem tenet. Proximè clavam arcus adparet. in opposito verò angulo pharetra. Inscriptio. ΘΑCICΩΝ. Nummum hunc æreum mediocrem domi apud me habeo.

In una parte.

47. Caracalla habetur laureatus, sinistro vultu, aperto collo, cum parte inscriptionis. ANTΩNINOC.

In altera.

Mercurius stat nudus, nisi quòd è collo pænula sortea in tergum dilabatur, una marsupium porrigens, altera caduceum tenens. Dextro Dei pedi additus est aries. Inscriptionis caput deest. ... A. ΕΔΩΝ. Nummum hunc æreum mediocriter amplum Romæ nobis ostendit D. Antonius Augustinus.

In una parte.

43. Caracalla cernitur laureatus, dextro vultu, thorace ac paludamento indutus, adverso dorso, clypeo ingenti elegantèr sculpto lævam corporis partem tegens. Ob cuius os spiculum aBurgit. Inscriptionis id collegimus. ΑΥΤ. Κ. Μ. ΑΥΡ. ΑΝΤΩΝΕΙΝΟC.

In altera.

Aquila explicatis latè alis evolaturæ similis, detorto in lævam rostro lauream tenet. Inscriptio. ΑΔΡΙ-ΑΝΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. Nummū hunc æreum mediocrem, apud D. Georgium Romanum vidi Nurimbergæ.

In una

1786.

In una parte.

44. Caracalla uidetur laureatus, læua facie, thoracatus, paludatus, aduerso pectore, cum nominis Epigraphe. AVT. K. M. AVR. ANTΩNEINOC AVT.

In altera.

Ara quadrupes, latagè cernitur. Cuius in mensa media uasculo insita laurus adparet, inter patinam, ac sympullum, subter trulla uidetur. Inscriptio. ANTONEINIA BYZANTION. LEBRITA. Hunc nummum æneum uidi Norimbergæ apud D. Georg. Landlerum, LL. Doctorem.

In una parte.

45. Caracallam uideo laurea insignem corona, læuo obtutu, thoracatum, ac paludatum, obuerso ferè dorso, cum nominis Epigraphe. IMP. CAES. M. AVR. ANTONINVS PIVS AVG.

In altera.

Templum adparet, tetrapilon, Doricæ artis, alio ordine & forma, quam uix aliud repperimus. Stylobatæ columnis crassis subijciuntur. Zophorus arcuatus, globulari est ornatu, in angulis huius pinnæ hinc indè quaternæ facularum instar. Ipso fastigio leonem sessor inequitat, nudus propemodum, læua tenui adtergum uolante, dextra habet manu lauri ramum. Templi ferè medio in stylobate furcata, nudus stat iuuenis, uelamentus ab humero læuo, hinc indè prolapsum habens, palmis passis, coniunctis certè in cælum altè sublatis. Inscriptio corrosa. NY . . . LA YC PEL. Hunc æreū nūmus uidi Romæ apud D. Anton. Augustinum.

In una

In una parte.

46. Caracalla cernitur laureatus, læua facie, thorace ac paludamento indutus, aduerso in intuentem dorso. AVT. K.M. AVR. ANTONINOC.

In altera.

Corona laurea habetur, cum media Inscriptione. OECCAΛONIKΓIΣΩN. Nummulum hunc æneum commonstrare domi licet.

In una parte.

47. Caracalla uidetur laureatus, læua facie, apto collo, cum parte inscriptionis . . . AV. ANTΩ.

In altera.

Aquila stylobate imposita, explicatis alis, deflexo sinistrorsum rostro lauream tenet. Inscriptio. ANKYPAI. Nummulum hunc æneum apud me habeo.

In una parte.

48. Caracalla iuuenis, laurea candidatus, ore dextro, thoracatus, ac paludatus, aduerso dorso, cuius bona pars clypeo ingenti obtegitur: in quo Victoria ipsa Dea Trophæum construit insigne: cum læua gestat manu, dextra spiculum, cuius obos acies asurgit. Circumscriptio. ANTΩNINOC AVTOKPATOP.

In altera.

Sacrificium facit Imp. thoracatus, aduersus, dextra patinam supra accensam exporrigens aram, læua summam hastam. Inscriptio. MHTPOΠ. ANKYPAC. Æreum hanc parmam mihi commonstrauit Francofordiæ D. Hieronymus Agnenus.

In una.

In vna parte.

2 Caracalla Imperator laureatus, Lana facie, thorace ac paludamento indutus
adversa in reliquum dorsum. ANT. K. M. AVR. ANTONINVS In Alvera,
47. Corona laurea habetur cum media Inscriptione. ΘΕΟΓΑΔΟΝΙΚΑΙΣΩΝ.
Nummulum hunc aeneum demonstrare domi habeo.

In vna parte.

12. Caracalla nudum laureatus, aprico collo, facie Lana, cum parte Inscriptio-
nis. AV. ANTΩ. In Alvera Aquila è stilobata Inscriptio explenaris
48. alis deflexo sinistrorsum rostro lauream tenet. Inscriptio. AN=
KYPAE Nummulum hunc aeneum apud me habeo.

1788.

In una parte.

49. Caracalla depingitur laureatus, dextra facie, paludatus, dextro humero clypeum obiectans, laua manu spiculum, obuerso dorso, cum nominis Epigraphe. M. AVPHN. ANTONINOS . . . . . .

In altera.

Aquila in fulmine stans, elato rostro lauream gerit coronam. Circumscriptio. ADRIANOPOLEITWN. Nummum hunc aeneum apud me domi habeo.

Greca

1789.

Græca digniora.

In una parte.

1. Caracalla effigiatus est laurea decorus, thoracem ac paludamentum indutus, aduertens ad intuentem dorsum, cum nominis Epigraphe. ΑΥΤ. Κ. Μ. ΑΥΡ. ΑΝΤΩΝΕΙΝΟC CEB.

In altera.

Spectaculum solemne adumbratum est. Structura quadrangula è quadrato lapide assurgens, in fronte senis columnis Corinthiacis sulcitur, inter quas hinc seminudo Aesculapius, inde Salus dea stolata, applaudentium gestu serpentes commonstrando stant. Medio dein loco duo milites custodes sunt. In area longo ordine circumstant clypeati, hastatiq; milites. Coronæ medius Imp. Caracalla, armatus thorace, ac paludatus, inauguratum Imperatorem Heliogabalum togatum astantem à sinistra Tribuno stipatum, laurea donat, quò fit, ut in opposita parte stantes Heroinæ Iuliæ Mæsa, ac Semiamira, tunicatæ, patagiatæ, illius honoris beneficio refectæ ad momenti, iactatis alte dextris acclamationem, iubilumq; præferant. Inscriptio etiam facti monumento consonat. ΛΑΜΠΡΟΦΟΡΟC ΑΝΑΡΧΗC Γ. ΑΝΕΘΗΚΕΝ. Subscriptio. ΑΔΔΙΚΕΩΝ. ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Nummum est hic aeneum, singulari amplitudine, magnum, ac elegantem Romæ apud Antonietum Romanum Antiquarium uidimus.

In una parte.

Caracalla

2. Caracalla adest laurea candidatus, loricam Phrygiam̃ indutus, cuius læuo humero summo paludamenti iniecta adhaeret lacinia, læuo uultu, aduerso pectore: cũ inscriptione huiusmodi. AYT. K. M. AYP. CEYH. ANTΩNINOC AYT.

In altera.

Templum Salutis deformatum est, ternis gradibus substratis, columnis senis Corinthiacis obfulcitum, directo contra nos situ. Cuius tympanum palmulis, angulis imis affixis, ac stilio summo, centralique corona ornatus. In adyto est Hygiæ simulachrum, serpentem amplectentis una, altera patinam tenentis. Illi deæ in area taurum, cornu apprehensum, attollentis, ese ab humo serpentes flexuosi caput ueluti olfacientem Lanio librato malleo cæsurus uidetur, idq; ex mandato Imp. qui è regione deæ, (quicum uerba habet) coronatus laurea, prætextam sacram indutus, ac prætextatam togam, stat, dextra manu prætensa aperta, signum dantis more, sinistra autem schædam habens. In plano nummi circa aedem, legitur. ATTΔNOY. Circũscriptio hæc est. ENIC TPM KAIPEA ΠEPTAMHN. Subscriptio autem talis. ΠPΩTON. T. NEΩKOPΩN. Amplissimum hunc nummum aeneum, pulcherrimumq; uidi Romæ apud Julium Calestanum.

In una parte.

3. Caracalla habetur læuo intuitu, laureatus, iuuenis adhuc, thorace ac paludamento amictus, aduerso dorso. Inscriptio. AYTOK. M. AYPH. ANTΩNINOC.

In altera.

Templa

Templa tria conſpiciuntur, ſed diſpari ſitu. Medium enim hexapylon, aduerſum intuentes exſtructum adparet. Quæ ab lateribus ſunt, ambo obliqua, pluribus columnis obſulcita, Omnia acroſtolijs, liſijsq; angularibus, in Tympanis feneſtratis ornata. Medium templum, ob numinis in eo erecti ſtatuam uenerandum magis. Subſcriptio. ΤΡΙΚΝΕΩΚΟΡΩΝ ΝΙΚΟΜΗΔΕΩΝ. Ampliſſimus hic nummus apud D. Franciſcum Venierum Venetum uideri poteſt æreus, Venetijs.

In una parte.

4 Caracalla procedit decore regio, laurea coronatus, læua facie, lorica Phrygiana affabrefacta indutus, aduerſo toto in nos pectore, læuo cuius humero eſt iniectum ſceptrum. Inſcriptio. ΑΥΤΟΚΡΑ. Κ. Μ. ΑΥΡΗΛΙΟC CΕΒ.

In altera.

Eſculapium ſeminudum columnæ inſiſtentem, in læuo cornu, bacillo nodoſo ſerpente circumplicato, innitentem, Eques Imp. armatus, paludamento uolitante, conſulturus adit, retroiectis oculis tamen, ſublata dextra, cum milite pone ſequenti uerba habere uidetur. Inſcriptionis bona pars corroſa fuit. ЄΠΙCΤΡΑ . . . . . ΝΩΝ. Subſcriptio huiuſmodi erat. ΠΡΩΤΟΝ Τ. ΝΕΟΚΟΡΩΝ. Numus hunc æreum maximum Romæ inter ſe conſeruat D. Achilles Maphæus, inter Antiquitates ſuas.

In una parte.

5. Caracalla depingitur, laurea decorus, læuo ueſtu, loricatus,

loricatus, humeralibus squammosis, summa arte confectis, Zona tenus expressus, aduerso toto pectore, manu læua pari cum humero altitudine fere scheda tenens. C qua etiam parte per humerum trajit sceptrum) amplo titulo adornatus. AVT. K. M. AVR. CEOVHP. ANTΩNINOC AVT.

In altera.

Hercules nudus stat, è læuo humero pendentem in brachium pellem habens leoninam, qua manu etiam, clauam tenet, manu dextera alte subleuata coronam è malis aureis, C ea ab arbore Hesperidū dextro adpressa lateri legit custode Dracone cæso) suoipsius capiti imponens. Arbori arcus & pharetra sunt appensa. Ad læuum dei pedem ara quadrangula est, in qua fruges positæ. Inscriptio. ΠΕΡΙΝΘΙΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Hunc nummum anaglyphicè expressum, maximumq; æreum apud D. Antonium Augustinum uidimus Romæ, illiq; similem alterum, emendatiorem q; apud D. Andreā Laurecanum Venetijs.

In una parte.

6. Caracalla habetur, læuo uultu, loricatus, atq; paludatus, aduertens contra intuentem pectus, cum circumscripto eius nomine. AVTOKRAT. K. MAPKOC AVR. ANTΩNEINOC

In altera.

Iuppiter in sacello tetrapylo C quod in angulo nūmi læuo subductius paulo est, siliorum ornatum in tympani angulis adscuptorum habens) positus est in sella,

in sella, manu dextra fulmen, sinistra summam hastã tenens. Cui (ex Imp. præcepto in dextra stantis, togati, cum schæda, dextera demissa signum facientis) Lanio infrà Imp. ædemq; ei constitutus, alto librato malleo taurum fauce comprehensum intima mactat. Inscriptio difficilis captu. ΕΠΙC ΤΡ Μ Κ ΑΙΡΕΑ ΑΤΤΑΛΟΥ. Inter Imp. & sacellum altius Legitur. ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ. Infimo loco est. ΠΡΩΤΟΝ Τ. ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Nummum istum maximum ex ære Corinthio apud D. Antonium Augustinum uidimq; eumq; elegantissimum.

In una parte.

7. Caracalla & Geta exprimuntur, sese mutuo intuentes, laureati ambo, armati, paludatiq;. uerùm qui à dextris est, paludamenti laciniam in humerum læuum iectam habens, lorica affabre facta illustrior, tali cum Epigraphe. ΑΥΤ. ΚΑΙΣ. Μ. ΑΥΡ. ΑΝΤΩΝΕΙΝΟC Π. CΕΠΤΙΜΙΟC ΓΕΤΑC. Subscriptum est. ΝΕΟΚΟΡΕΟC.

In altera.

Dianæ Ephesinæ simulachrum, in medio collocatũ, corbem frugum capite gestantis. Quam inuisunt equites, hinc inde additi, Caracalla & Geta caduceatorum gestu, sceptriferi. In dextra præterea parte signum Solis est. Epigraphe est hæc. ΕΦΕCΙΩΝ ΔΙCΝΕΟΚΟΡΩΝ. Infrius est. ΚΑΙΤΗC ΑΡΤΕΜΙΔΟC. Hoc nomisma Brixiæ apud Matthæum Foreriũ anaglyphicè expressum, ex ære Corinthio maximum conspeximus.

In una

1794.

In una parte.

8. Caracalla uidetur, læua facie, lorica indutus, aduerso pectore, cum inscriptionis sola syllaba. AVT.....

In altera.

Templa duo contigua sunt, Isidis nimirum & Serapidis, cita exstructa, ut non nisi lateralem præbeant intuentibus aspectum, & quaternis singula gradib., octenisq; columnis Corinthiacis assurgentia. In vestibulis illorum simulachra sunt posita eorum, quibus ædes dicatæ sunt. Subscriptio talis erat. OMONOIA. Nummus iste amplissimus à nobis uisus est ex ære Corinthio apud D. Antonium Augustinum Romæ.

In una parte.

9. Caracalla obuius est, laurea donatus, sinistro uultu, thoracatus, ac paludatus, opponens intuenti pectus. Inscriptio huiusmodi erat. AVT. K. M. AVR. CEOVH. ANTΩNINOC AVG.

In altera.

Victores Caracalla & Geta Impp. pari corporis gestu, armati, paludati, hastatiq;, & quos victoriæ à tergo laureis donant & statuas utriles pedibus subiectas habent. Fluminum autem illæ signa sunt. Medio autem inter utrumq; loco supplex adparet barbarus, genibus flexis, ueniam pacemq; poscens. Inscriptio hic nulla. quamuis nummus insignis primum ob amplitudinem haud mediocrem, tum ob pulchritudinem, æreus est autem apud Petrum Dames Hispanum Venetijs.

In una

In una parte.

10. Caracalla habetur radiatus, læuo obtutu, loricatus, paludatusq; : auerso pectore. Inscriptio. AVT. K. M. AVR. CEOVHR. ANTΩNEINOC AVT.

In altera.

Hercules, Leoninam pellem dextro humero iniectã habens, claua humi decubatim posita, Atlantem tanti ponderis grauitate sẽsum (qui hic altero genu in terram flexo exprimitur) paulisper subleuaturus, utq; respiret interea, uires animumq; recipiat, cœlum totum sustentaturus adest. In dextro angulo est arbor. Subscriptio huiusmodi habetur. NIKOMHΔ . . . ΔIC NEΩKOP. . Hoc nummisma tam insigne amplissimum Haymericq Haymerici Bononiensis è metallo Corinthio nobis ostendit Venetijs.

In una parte.

11. Caracalla adlæuam intuens, laurea coronatus, prima lanugine genas offuscante, loricam indutus, miri artificij, Phrygianam, sinistra scheadam habens, ac telum in humerum demittens. Inscriptio huiusmodi est. AVT. K. M. AVR. CEOVR. ANΩNINOC AVT.

In altera.

Triumphali curru quadrijugorum equorum Imp. palmatam tunicam, togamq; pictam indutus, laureatus, ac lata fascia aurea è læuo humero per pectus transeunte insignis, seu baltheo, dextrorsum rapitur, una lauri ramulum, altera sceptrum sq- latum tenens, cum inscriptione hac. NEPINΘIΩN NEΩKOP.

ΝΕΩΚΟΡ. infrà . . . . ΛΙ. Hic ampliſsimus nummus æreus apud Patriarcham Grimanum Venetum mihi commonſtratus eſt.

In una parte.

12. Caracalla pulcherrimè expreſsus, ad lęuam intuens, laurea redimitus, thoracè, cui Gorgoneum caput ad pectus ornatus gratia adpictum, ac paludamẽto, cuius ſumma lacinia lęuo humero iniecta uidetur, munitus, cum inſcriptione. ΑΥΤ. ΚΑΙC. ΜΑΡΚΟC ΑΝΤΩΝΙΝΟC.

In altera.

Templa tria conſpiciuntur. Duo infima æquali ſtructura, binis gradibus, columnis Corinthiacis ſinguła duodenis, (quorum Ympana ſunt laureis ornata), tectis contigratis, ab utrąq, uerum obliquo aſpectu ad nos, exſtructa. Summum Iouis eſt. Cuius Veſtibulum, binis gradibus, quatuorq, columnis Corinthiacis aſsurgit. Frontiſpicium triangulum liliis adſculptis ornatum, ac centrali laurea. Ibi in ſacello inter intimas columnas Dei uidetur ſtatua, in ſella ſedentis, dextra Victoriolam, ſiniſtra haſtile tenentis. Superſcriptio deleta. medio inter templa ſpatio, ſunt hę ſteręe. ΚΡΟΤΟΝ Ν Ω. Subſcriptio. ΠΡΩΘΩΝ. Γ. ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Ampliſsimus hic nummus ex ere Corinthio Anaglyphicus eſt apud Patriarcham Grimanum Venetum, in ſumo precio.

In una parte.

13. Caracalla uidetur laureatus, facie dextra, toto dorſo ad nos

ad nos obuerso, lorica etiam insignis affabre facta, necnon baltheo aureo, è dextro humero per tergum transeunte, quo paramonium pendet, cinctus. Inscriptio. AYT. K. M. AYP. CEOYH. ANTΩNEINOC.

In altera.

Eques Caracalla laureatus, thorace ac paludamento indutus, ex equo phalerato, sinistrorsum currente, in humi iacentem hostem telum, quod dextra tenet manu eiaculaturus uidetur. Circumscriptio. KOINON ΘPAKΩN. AΠEΞAN. MYΘIAEN. ϕIAIππO. D. Andreas Lauredanus huius ærei nummi amplißimi copiam Venetijs nobis fecit.

In una parte.

14. Caracalla uidetur, sinistrorsum respiciens, laureato, thorace paludamentoq; indutus: auerso pectore. Inscriptio huiusmodi est. AYT. K. M. AYP. ANTΩNINOC

In altera.

Nauis rostrata dextrorsum fertur, supparo in malo attenso, qui opiferis funibus, hinc inde ad transtra firmatis, sustinetur. Supra nauem Castoris & Pollucis galeri cum suis stellis, certum nauigationis augurium, adpressi sunt. Circumscriptio hinc inde uitiata est. NEOKONONITON. ANYXI. Inferius. AN ϕ. Hunc æreum nummum mediocrem apud Petrum Rames Hispanum Venetijs conspeximus.

In una parte.

15. Caracalla uidetur, ad sinistram regionem cæli oculos deflectens, corona gemmata, cultuq; peregrino conspicuus,

conſpicuus, cum inſcriptione' tali. AYT. KAI. M. AYP. CEYHPOC ANTΩNEINOC. Ante' retroq; ſunt hae ſcharacteriſticæ ſigna. Π — Π.

In altera.

Elephas impreſſus eſt, dextrorſum tendens, Cui cuius tergo, neſcio quod inſtrumenti genus ſphæricum adparet, cum circulari annotatione'. OMAK XI, eaq; emaculata) inſcriptio nummi eſt. ANTΩNEINIANHC CEYHP. AΔPIA. Subſcriptio. TAPCOY. Hunc ampliſſimum nummum habet Sebaſtianus Erizus Venetus æreum.

In una parte'.

16. Caracalla habetur, dextro obtutu, laureatus, loricatq; paludatusq;, aduerſo dorſo. Inſcriptio. M. AYPHA. ANTONEI....

In altera.

Statuæ' nudæ' uiriles in nubibus conſpiciuntur, miro geſtu. Nam una alteram expanſis ulnis baiulat, ita ut, una manu dextrum pedem, ſiniſtra lauam manum alterius ſuſtentet. Sumo loco, auis quædam rara, humana facie', cornutaq; inter pedes eius, qui baiulatur, ſtat. Nouum profecto ſpectaculum. Circumſcriptio mutilata. MHTROПOΛEOC MOPOIA.. NIA. Hunc nummum æreum amplum habet Petrus Rames Hiſpanus Venetijs.

In una parte'.

17. Caracalla uidetur, laurea inſignis, ſiniſtra facie', pectore' operto, cum hac adſcriptione'. AYTO. K. M. AYP. ANTONINOC CEBACTOC.

In altera.

In altera.

Hercules leonina pelle posteriora tegens, Antea, qui cum eo lucta certare temerario nisu, gestierat, ulnis strictè imprimit, ab humo sublatum. In sinistra parte claua est dei decubatim posita. Inscriptio corrupta erat. ΑΠΟΛΛΩΝ . . . . . Hunc nummum maximum habet Sebast. Erizus Venetus ex ære.

In una parte.

18. Caracalla depingitur, læua facie, laureatus, aperto pectore, et eo aduerso: lacinia paludamenti læuo humero iniecta duntaxat. Inscriptio. ΑΥΤ. Κ. Μ. Α. ΑΝΤΩΝΕΙΝΟC.

In altera.

Aquila alas explicans, quasi euolatura, unguib. q̄ 3 latè distentis ab inuicem, rostro lauream tenens coronam, interq̄ pedes asteriscum. Ad summas alas sunt hæ duæ hinc inde literæ. Δ — Ε. Circumscriptio. ΔΗΜΑΡΧ. ΕΞ. ΥΠΑΤΟC. ΤΟΔ. Apud Franciscum Venierum hunc nummum aureum mediocrem uidimus Venetijs.

In una parte.

19. Caracalla procii, laureo serto coronatus, læuo aspectu, thoracatus, paludatus, aduerso pectore, cum nouis monumento. ΑΥΤ. Κ. Μ. ΑΥΡ. ΑΝΤΩΝΕΙΝΟC CEB.

In altera.

Vestæ sacerdos prætextatus, dextro uultu, una sympullum, altera acerram commonstrat. Dextro eius lateri uicina ara infulis ornata est.

Inscriptionis

Inscriptionis amplæ nihil præter ultimam syllabam collegimus . . . . . ΘΕΩΝ. Hunc nummum aneum maximum uidimus inter Antiquitates D. Georgij Romani Norimbergæ.

PLAVTILLA Augusta,

Caracallæ Imp. uxor, Plautiani filia, ex qua ei filiolus natus est: Post ab eo relegata, & occisa est. Nummismata circa. & primùm Argentea, hæc sunt.

In una parte.

1. Plautilla effigiata est, uenustissimo aspectu, læuo, capillo pexo, ac compto, ita ut in synciputi nodo aureo illigetur, pectore obuelato. Inscriptio. PLAVTILLAE AVGVSTAE.

In altera.

*Caracalla togatus, ac Plautilla habitu splendido, dextras simul iungunt, fidei iuramento inuiolabili præstito. Circumscriptio. CONCORDIAE AETERNAE. Nummum eum argenteum memini me uidisse aliquando Romæ apud D. Achillem Maphæum.

In una parte.

2. Plautilla cernitur, facie perucnusta, læua, capillo leuiter passo, in ceruice orbiculo in aureo conglobato, uelato pectore. Inscriptio. PLAVTILLA AVGVSTA.

In altera.

In altera.

Venus Victrix stat tunicata, patagiata, una pomum aut globulum tenens, altera palmam, cubito ingenti in scuto innitens. Ante eam paruus Cupido Victoriolam præmiatricem ambabus tenet manibus. Inscriptio. VENVS VICTRIX. Nummum hunc argenteum uidi aliquando Romæ apud D. Achillem Maphæum.

In una parte.

3. Plautilla depingitur, facie uenustissima, ad læuam conuersa, capillo leuiter passo, in cervice ad nodu aureum reuincto, tunicata, patagiata, aduerso pectore, cum nominis Epigraphe. PLAVTILLA AVGVSTA.

In altera.

Pietas dea habitu matronali stat, una manu hastam tenet, altera puerum nudum. Circumscriptio. PIETAS AVGG. Nummum hunc argenteum uidi Augustæ Vindelicorum, apud D. Joan. Jac. Fuccherum.

In una parte.

4. Plautilla prodit ore læuo, peruenusto, capillo calamistrato in sincipite nodo aureo illigato, pectore operto. Inscriptio. PLAVTILLAE AVGVSTAE.

In altera.

Concordia dea tunicata, patagiata stat, una tenens patinam, altera summam hastam. Inscriptio. CONCORDIA AVGG. Nummus hic argenteus à me uisus est Romæ apud D. Achill. Maphæum.

In una parte.

Plautilla

1802.

5. Plautilla incedit capitis ornatu superbissimo, capillo calamistrato, è ceruice per cincinnos ad caluariem replicato, operto pectore; aduerso. Inscriptio.

PLAVTILLA AVG.

In altera.

Concordia dea sedens in eburnea sella, tunicam ac̀ patagium pretiosissima induta, una habens manu patinam sacram, altera cornucopiæ. Inscriptio CONCORDIAE. Summum hunc argentrum uidi aliquando Romæ apud D. Achillem Mapheum.

Plautillæ Aenea Græca.

In una parte.

1. Plautilla uidetur, ad læuam intuens, capillo ad occipitium cincinnato, uelato pectore; cum inscriptione. ΠΛΑΥΤΙΛΛΑ CEBACTH.

In altera.

Templum habetur, laterali ad nos prospectu, multis columnis exstructum. In Tympano cuius, lunæ signum adparet, Porticu arcuata & quæ duabus columnis extra operis seriem obfulcitur) sedet Iuppiter in sella, summa sui parte nudus, dextra Victoriola tenens, sinistra hastile. Inscriptio tota ferè corrosa. . . . IE. . . . C. infimo loco legitur. NIKH ΠΟΛΕΟC. Atq̀ hic areus nuemmus apud Patriarcham Grimani Venetum uidebitur.

In una

In una parte.

2. Plautilla facie læua occurrit, exquisitissimo capillorũ ornatu, pectore uelato, Lunæ comparata: cuius à tergo cornua transparent: Ubi inscriptio mutilata est. OYI . . . ΛΑΥΤΙΛΛΑ.

In altera.

Cybele in Templi (quod ei dicatum est) porticu, binis columnis assurgente Corinthiacis, stat, turrita corona ornata, media inter custodes leones, stolata, dextra manu in sinum inserta, sinistra hastile tenens. Inscriptio planè corrosa est. Hunc nummum æneum magnum habet Sebastianus Erizus Venetus.

Julia Soæmias, & Julia Mammæa, Caracallæ Imp. Concubinæ.

Juliæ Soæmiæ Nummis. Æneum.

In una parte.

1. Julia Soæmias effigiatur, turrita, capillo magna arte composito, ac pexo, in nodum aureum circa sinciput illigato. Inscriptio. IVLIA SOAEMIAS AVG.

In altera.

Venus

1804.

Venus dea habitu insigni, tunica aurea, ac pataqio hyßino nitens, in sella sedens eburnea, Cupidini parvo per genu matris ascendere conanti malum dextra ostentat, læva summam tenet hastam. Inscriptio. VENVS CAELESTIS. infrà. S.C. Hunc nummum æneum amplum domi meæ asservo.

In una parte.

Z. Julia Soæmia prodit, omni mundo muliebri ornata, capillo pexo, tunicata, facie ad lævam conversa, cum tali epigraphe. IVLIA SOAEMIA AVG.

In altera.

Venus dea stat tunicata, ac pataqiata, ad dextram inclinatior, una manu globum prætendens, altera summum hastile tenens. Cubito lævo vicina est stella. Inscriptio. VENVS CAELESTIS. Nummum hunc argenteum memini me vidisse Norimbergæ apud D. Georgium Handlerum, LL. Doctorem.

MACRIN.

1805.

MACRINI, Aenea.

In una parte.

1. Macrinus effigiatur, laurea coronatus, sinistra facie, barbatus, thoraxatus, paludatus, aduerso pectore, cu nominis amplo elogio. IMP. CAES. M. OPEL. SEV. MACRINVS AVG.

In altera.

Victoriae insignis spectaculum. Macrinus enim laurea decorus, armatus, thoraceq; ac paludamento insignis, comitante filio Diadumeniano, pari armatura, ac cultu conspicuo, proiectis ambo dextris sunt, pater uero sceptrum laeua habet, filius schaedam) cum Tribuno milit. armato, hastato colloquitur, cuig uirtute Prouincia subacta, ad Imp. pedes retrosigatis manibus in solo sedet. Post Imp. Signiferi adparent. Circumscriptio. PONTIF. TR. P. XII. COS. II. infra. S.C. Nummum hunc aeneu Mantuae apud Iulium Romanum sum conspicatus.

In una parte.

2. Macrinus conspicitur laureatus, laeua facie, aperto collo, aduersoq; cum Inscriptionis particula. IMP. C. M. OPEL. MA . . . .

In altera.

Perseus effigiatus est, mercurij talaria plantis habens, Palladis galeam, Martis acinacem, Medusae uenefica caput, quod amputarat, dextra praemonstrat, de quo

quid

quid fabulentur Græci, omnibus notum est. Inscriptionis literæ tantùm aliquot adhærebant. COL . . . . OP. . . . Nummum hunc æneum, perrarum domi seruamus.

In una parte.

3. Macrinus depingitur, sæuo obtutu oris, barba conuulsa, thoracatus, paludatus, conuerso pectore, cum nominis Epigraphe. IMP. CAES. M. OPEL. SEV. MACRINVS AVG.

In altera.

Iuppiter conuersus, nudusq; stat, strophiolo tenui, strictoq; è sæuo prolabente brachio, dextra fulmen tenens, sæua summam hastam. Hinc indè. S—C. circumscriptio. IOVI CONSERVATORI. Nummum eum æneum, elegantem satis, domi meæ præsemo.

In una parte.

4. Macrinus uidetur laureatus, sinistro ore, promissa barba, armatus, paludatus, aduerso pectore, cum nominis Epigraphe. IMP. CAES. M. OPEL. SEV. MACRINVS AVG.

In altera.

Securitas repræsentata, conuersa, tunicata, patagiata, dextra scipionem tenet eburneum, sæuo cubito in subiectam columnam innixa, transuersis cruribus. Hinc indè. S—C. Circumscriptio. PONTIF. MAX. TR. P. II. COS. II. P. P. Nummum hunc æneum magnum uidi Mantuæ apud Iulium Romanum.

In una parte.

5. Macrinus effigiatur, præcisa barba, sæuo obtutu, lauro redimitus, togatus, contrario in intuentium oculis pectore, cum nominis Epigraphe. IMP. CAES. M. OPEL. MACRINVS AVGVSTVS.

In altera.

In altera.

Securitatis simulachrum est, quæ stat deflexis ad dexteram oculis, tutulata, meliori corporis parte nudata, manu dextera hastam summam tenens, geniculato crure sinistro, læuo cubito in columnam innixa, manu autem lateri addita. Ab cuius lateribus sunt literæ. S — C. Inscriptio autem ita habebat. SECVRITAS AVGVSTI. Summum hunc æneum magnum aspeximus apud D. Antonium Augustinum.

In una parte.

6. Macrinus effigiatur, laureo serto ornatus, sinistrorsù obtuens, barbatus, thoracatus, paludatus, conuerso pectore, cum nominis circumscriptione. IMP. CAES. M. OPEL. SEV. MACRINVS AVG.

In altera.

Curru alto Triumphali imp. trabeatus, corona insignis aurea, una lauri ramum ostentans, altera in sponda curri incumbente, dextrorsum, quadrijugis equis trahentibus, inuehitur: Post Imp. proxima Victoria, Victorem Laurea corona ornat. Supra legitur per superficiem. PONTIF. MAX. TR. P. II. infra. COS. II. P. P. Hinc inde. S — C. Hunc nummum æneum mediocrem apud me domi seruo.

In una parte.

7. Macrinus effigiatur laureatus, læuo ore, thoracato paludatus, aduerso pectore, cum nominis Epigraph. IMP. CAES. M. OPEL. SEV. MACRINVS AVG.

In altera.

Victoria in thorace inter armorum aceruum constituto sedens,

G. A.

sedens, seminuda, dextra calamum ad pectus tenens, læua in genu insistentem clypeum, rebus clarè gestis signandum. infrà. S.C. circum. ..... P.M.TR. P.II. COS.II.P.P. Nummum hunc æneum mediocri amplitudine' ego domi habeo.

In una parte.

8. Macrinus habetur, læuo aspectu, laureatus, armatusq', cùm pectore', cum adscriptione'. IMP.CAES.M.OPEL.MACRINVS AVG.

In altera.

Statua militaris stolata, dextra, sinistraq' signa tenet militaria, Aquilam, laureamq', dextro pede' galeam calcans. Inscriptio. FIDES MILITVM. Ab latere. S—C. Hic' mediocris nummus æreus Haymerici de Haymericis Bononiensis benignitate' delineata à nobis Venetijs: huc est insertus.

In una parte.

9. Macrinus laureatus; barba præcisa, non abrasa, paludatus, ac thorace' indutus, ad læuam conuersus, cu' inscriptione' tali'. IMP. CAES. M. OPEL. SEV. MACRINVS AVG.

In altera.

Victoriæ duæ', sinistra dextraq' clypeum rotundum ad Dactylum arborem, medio loco collocatam, sustentant. inter quas, ad arboris plantam, radicemuè captiui duo sunt alligati. Inscriptio est hæc. P.M. TR.P. XVIIII. IMP.II. P.P. infrà. S.C. Hic nummus est apud D. Petrum Aloysium manlilium Romanum ex ære, mediocri amplitudine'.

In una

In una parte.

10. Macrinus occurrit laurea coronatus, sinistro vultu loricatus, cuius lævo humero iniecta est paludamenti lacinia, cum nominis titulo. IMP.CAES.M.OPEL. SEV. MACRINVS AVG.

In altera.

Pacis simulachrum positum, tunica ac pallio insigne, una caduceum tenens, altera cornucopiæ. Hinc ide. S—C. Circumscriptio. PONTIF. MAX. TR. P. II. COS. II. P.P. Summum hunc æneum mediocrem domi servo meæ.

In una parte.

11. Macrinus ad lævam positus, laurea, paludamento, & lorica conspicuus est, cum inscriptione. IMP. CAES. M. OPEL. MACRINVS AVG.

In altera.

Lupa uberibus Romulum Remumq; gemellos lactens impressa est, ad infantes intenta, sinistrorsum alias itura; cum inscriptione. ROMAE FEL. Hunc æreum orbem mediocrem habet Sebastian. Erizzus Venetus.

In una parte.

12. Macrinus effigiatur laurea decoratus corona, sinistrorsum obtuens, cum nominis titulo. IMP.C. M. OPELIO MACRINO.

In altera.

Lupa uberibus suis gemellos lactens, qui inter se garrire videntur, sinistrorsum tenait. Suprà. ROMAE. infrà. FEL. Summum hunc æneum mediocrem vidimus Augustæ Vindelicorum apud D. Samuelem Quickhelbergum.

In una parte.

13. Macrinus depingitur laurea candidatus, lauafacie, cum nominis commendatione. IMP. CAES. M. OPEL. SEV. MACRINVS AVG.

In altera.

Fortuna dea in sella eburnea sedens, tunicata, patagiata, manu dextera clauum gubernaculi, in globo præfixi, tenens, altera cornucopiæ. Subter sella, rota est acprssa. Circumscriptio. P. M. TR. P. II. COS. II. infrà. S. C. Hummum hunc aeneum uidi Romæ apud D. Antonium Augustinum.

Argentea

Argentea. 1812.

In una parte.

1. Macrinus barba sciſsa, læuo obtutu, laureatus, thoracatus, paludatus, aduerso pectore cernitur, cum nois Epigraphe. IMP. C. M. OPEL. SEV. MACRINVS AVG.

In altera.

Iuppiter Conseruator, seminudus, pallio circum utrumq; brachium conuoluto, deorsum propendulo: una fulmen tenet, altera hastam. Huius sub auxiliari dextra Togata est imago Imp., laureata, dextra habens lauri ramum: læua aperta: qui illi numini C dum è prælio fugam arriperet) uouit, sub quo nil metuendum ferè arbitraretur. Circumscriptio. IOVI CONSERVATORI. Hummum hunc argeum uidi Augustæ Vindelicorum apud D. Joannem Jacob. Fuccherum.

In una parte.

2. Macrinus uidetur laureatus, læua facie, præcisa barba, thoracatus, paludatus, conuerso dorso: cum nominis Epigraphe. IMP. CAES. M. OPEL. SEV. MACRINVS AVG.

In altera.

Iuppiter Conseruator nudus ferè, pallio per tergum latè prolabente, dextra fulmen tenens, simulq; pallium explicans, læua tenens demißiore hastam, sub huius numinis dextro brachio Imp. togatus stat, dextra lauream habens, læua parazonium,

Laurea

Laurea decorus. Circumscriptiõ. IOVI CONSERVATORI. Nummum hunc argenteum vidi Romæ apud Dñm Achillem Maphæum.

In una parte.

3. Macrinus videtur, laurea candidatus, sinistro vultu, barbatus, thoracatus, paludatus, a tergo, cum nominis Epigraphe. IMP. CAES. M. OPEL. SEV. MACRINVS AVG.

In altera.

Salus prætextata, in solio sedens, patinam una tenet, qua attollentem se ab ara circumsepta multiplici gyro serpentem cibat: altera aperta, oranti similis. Circumscriptiõ. SALVS PVBLICA. Nummum hunc argenteum vidi Romæ apud D. Achillem Maphæum.

In una parte.

4. Macrinus barba concisa, seu convulsa, lævo obtutu, laurea donatus, laureatus, loricatus, paludatus, conuerso pectore: cum nominis Epigraphe. IMP. C. M. OPEL. SEV. MACRINVS AVG.

In altera.

Fidei imago tunicata, patagiata, dextra, sinistraq; signa militaria tenet. Circumscriptiõ. FIDES MILITVM. Nummum eum argenteum vidi Augustæ Cimelicorum apud D. Joannem Jacobum Fuccherum.

In una parte.

5. Macrinus depingitur, laurea donatus, lævo aspectu, barba prolixa, thoracem indutus, convertens ad intuentem pectus: cum nominis commendatiõne. IMP. C. M. OPEL. SEV. MACRINVS AVG.

In altera.

1814.

In altera.

Annona tutulata, tunicata, patagiata, in sella sedens, dextra spicas, ac papauer ueluti deijcit deorsum, in congium intra pedes stantem, sæua tenens Cornucopiæ. Circumscriptio. ANNONA AVG. Nummum hunc argenteum uidi Augustæ Vindelicorum apud D. Joannem Jacobum Fuchsium

In uera parte.

6. Macrinus uidetur laureatus, læua facie, thoracem indutus, ac paludamentum, aduerso fere dorso, cum nominis Epigraphe. IMP. CAES. M. OPEL. SEV. MACRINVS AVG.

In altera.

Dextræ manus duæ, concordiam pacisscuntur, inter se strictissimè coniunctæ. Inscriptio. CONCORDIA EXERCITVVM. Nummum hunc argenteum uidi Augustæ Vindelicorum, apud D. Joan. Jac. Fuchsium.

Macrini
C. A. iiij.

1818.

Macrini Græca.

In una parte.

1. Macrinus depingitur laureatus, læuo obtutu, thorace ac paludamento indutus. Inscriptio. . . .
. . ON. CЄ. MAKPEINOC.

In altera.

Templum quadrangulum impressum est, quale nullu aliud in Imp. auersis nummismatis reperiri puto, columnis duabus è pauimento, olearum similitudine' assurgit, quarum bases, capitulaq; globos exprimunt. Ostij loco sunt cancelli, quibus copiosæ pinnæ sunt insculptæ per limbum superiorem. Supra hos secundus est ordo pinnarum paulò magis eminentium. Zophorus rudis est, inelaboratus. In summa coronide' nescio quid ornatus habetur, liturorum forma ferè. Inscriptio, tota corrosa ferè.
. . . . . A. Ω. M. Nummum hunc ita nouum Romæ apud D. Antonium Augustinum designabamus.

In una parte.

2. Macrinus depingitur, laurea donatus, ad lęuam intuens, thorace ac paludamento indutus, aduerso pectore. Inscriptionis quatuor solæ literæ extant.
. . . . ON. CЄ. . . . . .

In altera.

Statua uirilis tunicata, tribus leonibus superstans, dextrorsum uehitur, capite' florem, coralis similitudine' habens,

habens, dextra manu stellam tenens, læua flagellum. Inscriptionis fragmentum superest . . . . . AKT. Hunc nummum æneum magnum Romæ apud D. Iaueram uidimus.

In una parte.

3. Macrinus laureatus, thoracem ac paludamentum indutus, aduerso pectore, & Diadumenianus Ephebus adhuc togatus, aperto capite sibi mutuo oppositi sunt, cum sua quisq; nominis Epigraphe. AV. K. M. OΠ. CEOY. MAKPEINOC . . . ΔIAΔOYM . . . KAICAP.

In altera.

Mons quidam præruptus adparet. In cuius radice angularia duo sunt propugnacula. dein medium in uoragine templum exstructum tetrapylon, Victorijs ac alijs imaginibus, et corona ornatum. In supremo iugo alterum templum conspicari licet uarijs item decore. Inscriptio. NHTPONONEΩN CYPIAC. Inferius. NEΩKOPΩN ET B. Hunc nummum æneum, perrarum, magnum, ac amplii Romæ apud D. Achillem Maphæu me uidisse recordor.

In una parte.

4. Macrinus prodit laureatus, læua facie, thorace atq; paludamento indutus, pectore aduerso, cum nomie tantum præseruato . . . . . MAKPEINOC . . . .

In altera.

Basis exstructa est, ut cunq; alta, in cuius fronte legitur. ET. B. In ea uero scopulus impositus in acumen paulatim decrescens: cum adpressis in supremo uertice Sole & Luna. Ego tumulum esse reor,

reor, ceu monumentum quoddam. Inscriptio.
ΑΝΤΩΝΙΝΟ. ΚΑΙΣΑΡΙ. Nummum hunc æneum magnum Romæ apud D. Antonium Augustinum alibi uidimus.

In una parte.

5. Macrinus uidetur, læuo aspectu, laurea insignis, aperto pectore, cum inscriptionis parte maxima. ΑΥΤ. Κ. Μ. Ο. C. ΜΑΚΡΕΙΝ. . .

In altera.

Corona laurea impressa est, in qua centrales sunt duæ literæ. S—C. Nummum hunc æreum mediocrem apud D. Antonium Augustinum uidimus Romæ.

In una parte.

6. Macrinus laureatus, barba itidem concessa, thoraceq; ac paludamento indutus, cuius lacinia in læuo humero tantum adpareat. cum inscriptione. ΑΥΤ. Κ. Μ. ΟΠΕΙΛ. CΕΥΗ. . ΜΑΚΡΙΝΟC ΑΥΤ.

In altera.

Hercules impressus est, corpore ad nos oppositio, facie tantum ad læuam uersa, leonis exuuijs circum collum in pectore colligatis, deinde post tergum fluctu antebus, ceruum sinistrorsum exeuntem ad cornu adprehensum, læua manu, dextra manu librata claua mactaturus. Inscriptio hæc fuit. ΑΝΤΩΝΙΝΟΥΣΩΝ ΠΡΟC . . ΠΙΩ. infrà. Σ. Hic nummus apud D. Petrum Aloysium Manilium Romanum conspectus mihi est ex ære. Estq; mediocri amplitudine.

Nonia

Nonia Celsa Augusta, Maerin. Imp.
uxor, ex qua natus est filius M. Ope-
lius Diadumenus, post Cæsar Augustus
appellatus.

DIADVM:

1819.

1820.

DIADVMENIANI, Aenea.

In una parte.

1. Diadumenianus conspicitur, non coronatus, læuo obuiæ, thoracem ac paludamentum indutus, aduerso pectore, cum nominis, titulorumq; monumento. M. OPEL. ANTONINVS DIADVMENIANVS CAES.

In altera.

Spes tutulo adornata, tunicata, patagiata, dextrorsu it, dextra lilium præferens, sinistra uestis lacinias retro se subleuatas expandens. Utrinq; S — C. Inscriptio deæ nomen prodit. SPES. PVBLICA. Aereu hunc nummum magnum Romæ apud D. Achillem Maphæum conspicati sumus.

In una parte.

2. Diadumenianus uidetur laureatus, læua facie, thoracatus, paludatus, conuerso pectore, cum nominis commendatione. IMP. CAES. ANTON. PIVS DIADVMENIAN. AVG.

In altera.

Imp. armatus, conuersus, galeatus, paludamento fimbriato insignis, intra tria signa militaria medius, proximum dextra medium retinet: demissa in femur sinistra. Hinc inde circa eius suras. S—C. circumscriptio. PRINCIPI · IVVENTVTIS. Nummu hunc æneum magnum uidi Mantuæ apud Julium Romanum.

In una

In una parte.

3. Diadumenianus effigiatur ephæbus, aperto capite, obtutu sinistro, thoracem indutus ac paludamentum, aperto pectore: cum nominis Epigraphe. M. OPEL. ANTONINVS DIADVMENIANVS CAES.

In altera.

Diadumenianus conuersus, thoracatus, paludatus, inter tria Signa militaria constitutus, dextra dextrum retinet. Hinc inde. S—C. circumscriptio. PRINC. IVVENTVTIS. Summum hunc æneum mediocre apud Antonietum Romanum Antiquarium uidi. Similemq; ego habeo domi.

In una parte.

4. Diadumenianus uidetur nudo capite, læuo obtutu, thoracem indutus, necnon paludatus, conuerso contra Spectatorem pectore, adolescens admodum. Inscriptio, M. OPEL. ANT. DIADVMENIAN. CAES.

In altera.

Imp. tunica castrensi indutus, paludamento insignis, dextra Lauri ramulum deorsum figit: læua hastam habet. Circumscriptio. PRINC. IVVENTVTIS. Hinc nummum argenteum apud me domi habeo inter Antiquitates meas.

In una parte.

5. Diadumenianus uidetur aperto capite, thoracem indutus ac paludamentum, aduerso pectore, cum nominis Epigraphe. M. OΠ. ΔΙΑΔΟΥΜΕΝΙΑΝΟC.

In altera.

Templum dypilon uideo, cuius Zophorus in medio sui arcuatus

arculatus est, Tympanum triangulum est. Huius in introitu Imp. armatus, paludatusq; stat, hastam summam læua apprehendens, dextra demissa, pede dextro globum calcans. Inscriptionis principium tantum̃ adparuit. ΦANE . . . . . Nummum hunc mediocrem æneum apud me seruo.

In una parte.

6. Diadumenianus habetur inornatus, læua facie, thorace ac paludamento indutus, aduerso pectore, cum nominis Epigraphe. M. OPEL. ANT. DIADVMENIAN.

In altera.

Annona stolata, aduersa intuenti stat, deflexo sinistrorsum̃ uultu, dextra summam hastam, læua cornucopiæ tenens. Inscriptio legi non potuit. COMVNITA ASIAN. Nummulum hunc æneum apud me habeo.

Argentea.

1823.

Argentea.

In una parte.

1. Diadumenianus iuuenis aperto capite, læuo ore, thoracatus, paludatus, conuerso pectore: cum nominis elogio.

M. OPEL. ANT. DIADVMENIAN. CAES.

In altera.

Imp. thoracem indutus ac paludamentum, conuersas stans, retro ad sinistra duo signa (nam tria intermedius est) respectans, dextra proximum dextrum medium tenet, læua hastam. circumscriptio.

PRINC. IVVENTVTIS. Hummum hunc argeum uidi Augustæ Vindelicorum apud D. Joann. Jacobum Fuccherum.



An sponsam habuerit Diadumenianus, incertum est.

HELIOGAB:

UB Wien
+AM510305705

UB Wien
+AM510305705

books2ebooks.eu

www.books2ebooks.eu

eBooks from your library by

eBooks on Demand

digitised by

UNIVERSITÄTS BIBLIOTHEK